



~~Davidis~~ ~~Chytracii~~ ~~Regulae vitae~~  
Davidis Chytracii  
Regulae vitae  
Witebergae  
Quocumq. loco fuero  
Iesum nihil in desiderio  
Oram. Caelo cum inueniero  
Quam felix cum laudero

DAVIDIS  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

IL 230.

SIGNAT. CLIOCCCCXIII.

VIRORVM SACRIS LITERIS ILLUSTRIVM DESCRIPTIO  
brevis & memorabilis,

*Iuxta seriem & dispositionem*

GEORGII FABRICII CHEM.  
VIRI CLARISSIMI:

Ex historia

Veteris Testamenti;

ADIECTIS ELOGIIS ET  
TITVLIS EORVNDEM DEPICTA:  
*Libris Quinque comprehensa*

A

Ioachimo VVethmano  
Iaurano.

*ISLEBIAE.*

IMPENSIS HENNINGI  
GROSII Bibliop. Lips.

Anno

---

M. D. XCV.

CVM PRIVILEGIO.

N V L L A P O T E -  
S T A S N I S I A D E O,  
Roma. 13. cap.



*Nulla potestas  
Orbe globoso,  
Quæ nisi Summo  
Prouenit illa,  
Qui regit astra  
Lucida cæli.*

I. VV. I.

INVICTISSIMO ET  
POTENTISSIMO PRINCIPI  
ET DOMINO, DN. RVDOLPHO  
eius nominis secundo, Romanorum Imperatori,  
semper AVGVSTO, Germaniæ, Hungariæ & Bo-  
hemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Regi, Archiduci  
Austriæ, Duci Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ &c.  
Comiti Habsburgensi, & Tyrolis, Marggraui  
Moraviæ & Lusatiæ, Duci Silesiæ, domi-  
no suo clementissimo.



MEMORIE proditum est, RVDOLPHE Imperator inuictis-  
sime & clementissime, ex ma-  
iorum recepta & antiqua con-  
suetudine, ciuitates florentissi-  
mas, non tam in Græcia, quam Romano  
Imperio, adeoq; in locis urbium frequen-  
tioribus & conspicuis, STATVAS colloca-  
re solitas fuisse, nimirum Heroibus & præ-  
cellentibus viris, qui propter res gestas, ac  
præclara facta, de Republica benè meriti  
sunt, vel qui virtute quadam insigni, patri-  
am suam ornassent, siue aliquo præclaro ac  
insigni inuento, aliquid præsidij societati  
humani collocassent, ijsq; vt quasi præmia  
tantarum virtutum, morte interueniente,  
redderent.

Voluerunt enim viri sapientissimi ijs  
monumentis, statuis seu Iconibus, poste-  
ros suos commonefacere; quoties eorun-  
dem

## E P I S T O L A

dem virorum imagines conspicerent, toties illarum virtutum considerationem in memoriam eos reuocare debere, eorundemq; pariter exemplo illustrari, vt ad studium maximarum & similiarum virtutum incitarentur ac perducerentur.

Prætereà manifestum est, talia simulacra virtutum & monumenta gloriæ, ad excitandas heroicas naturas, maximam vim καὶ ἐνεργεῖαν habere, & similem quandam imitationem excitare.

Trophæi in campo Marathonio prope Athenas, à Miltiade Cimonis filio erecti recordatio, Themistocli, qui habitus & celebratus est per vniuersam Græciam omnium Græcorum longè prudentissimus, teste Herodoto, nocturno tempore, quietem haud concessit: Effigies inuictissimi Monarchæ Alexandri, Philippi Regis Macedoniae filij ( qui à rerum gestarum multitudine & magnitudine MAGNVS cognominatus ) apud fanum Herculis depicta C. Iulio Cæsari, cum proficisceretur, venissetq; Gades in Hispaniam, vehementer commouit; deplorando suam negligentiam, quod nec simile quiddam à se gestum extaret, cum ille penè totum mundum sibi subiugasset.

Sic haud parum ( referente Plutarcho )

eun-

D E D I C A T O R I A .

eundem Alexandrum, qui terror gentium Asiaticarum dictus, statua Xerxis collapsa mouit: Cum enim eandem intra regiam irrumpentiū multitudo ignominiosè subuerterat, ad hanc subsistit, & perinde ac uiuentem allocutus Xerxem: Vtrum ne, inquit, propter eam, quam aduersus Græciam expeditionem egisti, collapsum te finemus, an propter magnitudinem animi tui, aliasq; virtutes iacentem attollemus?

Si igitur eiusmodi in contemplatione talium monumentorū efficacia inest, quāto maiorem vim habere existimabimus, si historias ipsas veterum & præclara in ijs facta comprehēsa, accuratius legamus, meditemur & magnificiamus, cum tales statua & imagines inspicientibus nihil, præter delineamenta quædam faciei, & ipsam figuram corporum monstrare potuerunt.

Historiæ verò utilitas & commendatio, tam apud veteres eruditos & sapientes scriptores, quam apud præclaros Historicos, etiam nostro tempore, latè patet, quæ sola ad percipiendas alias historias omnium gentium atq; ætatum, animos excitare potest.

Quia ex alijs negotijs, quæ ingenio exercentur, in primis magno vsui est memoria rerum gestarum, ut disertè Salustius in

## E P I S T O L A

bello Iugurthino inquit: Idem etiam recenset, quod Quintus Maximus P. Scipio, dixerit, prætereaq; viri præclari soliti sint referre, sibi ipsis vehementissimè animum ad virtutem accendi, cum maiorum imagines intuerentur, scilicet non ceram illam, neq; figuram, tantam vim in se habere, sed memoriam rerum gestarum.

Nazianzenus in quodam poëmate testatur, quod historia *ἑυμφερτὴ* quædam σοφία πολλῶν τε καὶ πάντων νόσος sit, quam Thucydides apud Græcos, insignis Historicus, thesaurum perpetuum exemplorum, & expressam imaginem, & quasi speculum vitæ humanæ congruens appellat: Et Strabo *ἱστορικὰ ὑπομνήματα χρέσιμα εἶναι εἰς πλὴν ἠθικῶν, καὶ πολιτικῶν φιλοσοφίαν* libro primo Geographiæ affirmat: Inter alia etiam Elogia, historiarum cognitionem prædicat M. Tullius Cicero Latinæ eloquentiæ parens, Romaniq; eloquij tuba, ut eum Petrus Rebuffus I. C. appellat, inquit: Historia est testis temporum, lux veritatis, vitæ memoria, magistra vitæ, nuncia vetustatis: Hoc est, docet, quæ mutationes tam in imperijs, quam in administratione politica fuerint, lumen & quasi splendorem rei gestæ & veritati addit, in memoriam reuocat ea, quæ in vita contigerunt, instruit humanæ  
vitæ



D E D I C A T O R I A .

vitæ actiones, & annunciat ac patefacit æmulæ aut secuturæ posteritati, quæ prioribus seculis, & apud maiores, multis ab hinc retrò temporibus facta sunt: Et idem 2. lib de Orato. inquit: Prima historiæ lex est, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri tacere, ne qua suspicio gratiæ, ne qua similitatis sit.

Ex his igitur allegatis ac adductis testimonijs liquidò apparet, sapientes quosq; viros semper existimasse, tam cognitionem, quàm lectionem historiarum vtilem & necessariam esse, cuius vsus in omni vita, in Scholis pariter, præcipuè verò in Ecclesijs, ac in administratione, aut regimine politico, omninò profit & necessarius sit.

Antè omnia autem Historiæ sacræ res gestas cognoscere plurimùm prodest, cum longè alius finis & scopus nobis in ijs, quàm in alijs Chronicis libellis proponatur, vt dicitur:

*Præ reliquis sacra longè præstantior vsus*

*Historia petitur, qui sine fine manet:*

*Optima ventura depingit secula vitæ,*

*Et supera quæ sint in regione domus.*

Præcipit enim D E V S omnibus, vt verbū diuinū ac sacras leges meditentur, Deut. 6. cap. potissimum Magistratibus & gubernatoribus, veluti Iosue supremo Duci

A 4 populi



populi Israëlitici (cum illi gubernatio eiusdem plebis Dei demandata fuisset defuncto Moyse) præcipit, ut dicitur Iosue primo cap. Non recedet volumē legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in ea diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia, quæ scripta sunt in eo, tunc diriges viam tuam, & eam intelliges.

Esset enim præfectò vita hominum miserima, si destituta esset doctrina cœlesti, & in Cimmerijs quasi tenebris, ut dicitur, homines versarentur, potissimum autem, si notitia sacræ historiæ carerent.

Nam si iucundum est scire, & in animo reputare, quid Themistocles Dux Atheniensis & Scipio in sua quisq; patria egerit, quorum alter dignus admiratione, quia acie mentis suæ, testante Thucydide, non præmonitus, nec diu considerans, in rebus subitis optima habebat consilia, & de futuris rectissimè conijciebat, & quæ præsentia explicare poterat, & quæ non nôrat haud destitit inquirere.

Memoria dignum reputatur scire, quos hostes & quas regiones & vrbes conditor & autor tertiæ Monarchiæ Alexander magnus, in suam redegerit potestatem ac armis deuicerit: Plurimum proderit & longè iucundius est, in memoriam reuocare  
 ciuem

D E D I C A T O R I A .

ciuem Christianum, quæ bella gesserit Rex potentissimus David, quanta sapientia præditus, & quanta facta sapientissimus filius eius Salomon fecerit, quæ gesta fuerint temporibus Iosua, qua pietate & prudētia præditus fuerit Ezechias & Iosaphatus, & quid laude dignum alij Heroës, Reges, Duces atq; illustres viri in populo Dei gesserint.

Plinius iunior summis laudibus Romanorum reges & statum eiusdem Reipublicæ describit: Hic Iustiniani principis & Imperatoris inuictissimi, Alemanici, Gothici, Vandalici res gestas & bella, quæ Deo adiutore & consilio illustrium virorum, in militia Bellisarij & Narsētis, domi verò ac tempore pacis Triboniani quæstoris & Dorothei peregit, decantat: Ille Caroli Magni illustria facta & bella describit. Homerus ille *πάνσοφος* Vlysem suum tota Odyssæa celebrat. Virgilius princeps Poëtarum Æneam, & Cæsarem AVGVSTVM. Horatius Mecænatem Hetruscum è Regibus Hetruriæ oriundum, consiliariumq; eiusdem Cæsaris, & alij alios prædicant.

Pulchrum etiam habetur, inuestigare, quos Patriarchas, Prophetas, Eliam, Elisæum, Adamum *πρωτοπλάστον*, deniq; quos Reges ac Gigantes, ille diuinus legislator

ΠΡΟΛΟΓΟΣ

A 5

Moy-



E P I S T O L A

Moyſes, Deo & hominibus chariſſimus, ac Samuel Propheta in populo D E I celeberrimus, D E O idem tam carus atque acceptus, vt ab eo fruſtra nihil vnquam petiuerit, ſummis laudibus extollunt & celebrant.

Nec dubium eſt Auguſtiſſime & Clementiſſime Imperator illuſtrium virorum memoriam & recordationem dulcem & acceptam eſſe, & rerum geſtarum acta agnoſcere plurimum prodeſſe, & eorundem quaſi effigiem oculis intueri, haud ingratum fore, videlicet quod tales ideæ & obiecta citius animos moueant, in eoſdem incurrant, ac tenacius mentibus inſigantur, permotus ſum harum rerum dulci & vtili conſideratione Historiam ipſam, & e-logia virorum illuſtrium ( quorum vita in ſacris literis luculenter deſcripta extat, partim à Moſe diuino legiſlatore, partim à Samuele Propheta inſigni ) pertexere, & quaſi natiuo colore depingere, quam opellam in quinque libros diuiſam ad finem, vt in lucem prodeat, perduxi.

Quandoquidem autem Imperator Clementiſſime, multis ab hinc retro ſeculis uſitatum fuerit, libros in publicum emit-tendos Regibus magnificis, principibus ac Heroibus dedicari, vt maiori in exiſtimatione

D E D I C A T O R I A .

matione inter doctos habeantur, & à calumnijs Sycophantarum, qui facile scripta aliorum haud explorato iudicio reprehendere solent, defendantur, & tuta sub patrocinio alicuius potentissimi Herois esse possint, præsertim cum quouis tempore humaniora artium liberalium studia & viri docti, in qualibet facultate, suos Mæcenates, promotores & fautores, ( vt in Alexandro Magno summo Monarcha, A V G V S T O Cæsare, & Iustiniano Imperatore & principe laudatissimo apud Historicos patet ) habuerunt: Tales etiam Augustissime Cæsar, nostris temporibus Heroes ex inclyta domus Austriacæ regia & auita stirpe, quæ procreatrix scilicet amorum Imperatorum & Regum & principum extitit, prodiderunt: Talis Heros & Monarcha inuictissimus & potentissimus Cæsar Carolus huius nominis Quintus, Hispaniarum & Siciliæ R E X, illustris memoriæ: Talis itidem maximis encomijs Heros prædicatur, laudatissimus Imperator & religiosissimus Princeps F E R D I N A N D V S primus auus, cum Maxæmiliano secundo, inuictissimo & clementissimo Cæsare Romano, patre, felicissimæ & nunquam fatis laudatæ memoriæ, in cuius

nume-



## E P I S T O L A

numerum & regiam ordinaria & hære-  
 ditaria successione & electione, R. V-  
 D O L P H E Augustissime & clementissime  
 Imperator, sacratissima Cæsarea Maiestas  
 tua electa, quæq; ad totius orbis Christia-  
 ni iam gubernacula pacatè diuina fauente  
 gratia collocata est, referenda: Motus igitur  
 ex eiusdem augustissimæ & inclytæ do-  
 mus Austriacæ splendore, profapia, et bene-  
 ficentia, hoc opusculum de Viris sacris li-  
 teris illustribus, quamuis haud tanto Mo-  
 narcha & principe, propter humile genus  
 carminis, dignum esse reputem, tuæ Cæsa-  
 reæ Maiestati offerre & consecrare, cum  
 latè pateat & manifestum sit apud T. C. M.  
 honesta studia, eorundemq; sectatores ac  
 cultores in tanto precio esse, vt omnibus  
 modis ex innata & heroica clementia  
 (quod etiam superioribus temporibus, in  
 summis Imperatoribus gloriosum fuit, &  
 nostro tempore apud summos principes  
 laude dignum habetur) promouere eos-  
 dem cupiat, quod opusculum, vt ex augu-  
 stissima clementia C. M. T. albo id calculo  
 dignetur, humiliter oro, omnino sperans,  
 qua lenitate & clementia libellos tenuio-  
 rum supplices C. M. T. suscipit, idem quoq;  
 suscepturam. Deus optimus maximus sa-  
 cratissimam cæsaream Maiestatem tuam,  
 atq;

D E D I C A T O R I A

atque totum imperij Romani ordinem & statum, adeoq; totam Rempubli-  
cam Christianam, vnà cum serenissimis  
Archiducibus Austriae fratribus, contra  
Turcicam & Mahometicam rabiem, sal-  
uam ac incolumem, ad gloriam diuini  
NOMINIS conseruare dignetur.

I A V R A V I Æ Silesiorum  
A N N O

IoVa sVb VMbra & aLa DeXteræ sVæ  
nos sibi Inertos tVeatVr.

Sacratissimæ Imperatoriæ  
Maiestatis tuæ

Deditissimus cliens & Patronus *Græc.*  
*latina*

*Ioachimus VVethmannus*  
*Iauranus.*

E P I-

Epigramma  
IN LIBRVM DE VIRIS  
SACRIS LITERIS ILLV-  
stribus Romanæ Cæsareæ Maiest. ab Autore  
Ioachimi Hatianandro Iauorano Silesio  
dedicatum.


**E**ST aliquid magnos Heroas factaq; Regum  
Concelebrare metro, concelebrare stylo:  
Est aliquid celebres extollere carmine Vates  
Atq; viros doctos, hosq; referre typo.  
Icones quorum monumentaq; clara supersunt,  
Illos namq; vetat Musa canora mori.  
Ast minor haud laus est Reges celebrare potētes,  
Quorum fit sacris mentio crebra libris.  
Sic minus haud pulchrū vates describere sanctos,  
Legiferi Mosis quos quoq; Musa canit.  
Reges quosue Duces Samuelis sancta Thalia  
Describit, quorum fama perennis erit.  
Talis Iessides, quo non sapientior alter,  
Filius & Salomon, quosue referre velim.  
Horum facta simul, res gestas & monumenta,  
Quæ libris extant, commemorare libet.  
Quos tibi nunc hilari designat fronte Thalia,  
Auctoris celebres, Magne Rudolphe, viros.  
Regia maiestas non dedignetur eosdem  
Oblatos facili seu remouere manu.  
Imperij summas Cæsar moderetur habenas,  
Victrices aquilas namq; Rudolphus habet:  
Viuat, quæ felix genitrix domus Austria regum  
Magnorum, terris & super axe poli.

A L I.



A L I V D  
A V T O R I S E P I G R A M -  
M A .

**S**I non extarent Heroum fortia facta:  
Si non Virgily nobile vatis opus.  
Aeneas nobis nec cognitus esset in armis,  
Nulla foret geste cognita causa rei.  
Sic si non liquidis Moses extractus ab undis,  
Nec triplicis mundi fabrica nota foret:  
Undis extrahitur, vates fit, mirare censet,  
Ac hominis primi que sit origo docet.  
Huic etenim summus monstravit conditor orbis  
Facta stupenda DEVS, ceu canit Isacides.  
Prodidit hinc Samuel vates, qui facta virorum,  
Summorum cantet, bellaq; gesta simul.  
Nam Deus in sacris nobis sua iussa libellis  
Indicat, ut legis cognita verba sacre.  
Historias igitur sacras euoluere prodest,  
Illustresq; simul concelebrare viros:  
Quorum laus & fama sagax super aethere nota,  
Et quorum terris fama superstes erit.





i  
DE VIRIS  
SACRIS LITERIS  
ILLVSTRIBVS

*Joachimi Uvethmani  
Faurani*

LIBER PRIMVS

Ecclesiæ libertatis inuictæ.

ADAMVS. I

ADAMI protoplasti è limo terræ ad imaginem archetypi DEI conditi, animam viuentem afflatu sancti Spiritus accipientis, orbis totius dominium sortientis, omnia animalia numerantis, & nomina ijsdem imponentis, mulierem ex costa formatam, sibiq; iunctam agnoscentis, Satanæ & mulieris persuasum decepti, propter violatum mandatum DEI ex paradiso amœnissimo expulsi, spe diuinæ promissionis deinceps erecti, & fiducia venturi Messia, ex hac vita, cum produxisset nongentos, & triginta annos ætatis suæ discedentis, Gen. 1. 2. 3. 4. & 5. cap.

*Primus homo terre limo formatur Adamus  
Verbo viuifico, quod fuit ore DEI.*

B

*Flaminis*

Flaminis ac animam motu spirante recepit,  
 Per quam non solum vivit in orbe diu.  
 Sed virtute DEI pariter fruere tur in axo,  
 Ad faciem summi conditus ipse DEI.  
 Expers ut lethi, mundi sit & ipse Monarcha,  
 Vivere in terris, sit Dominusq; maris.  
 Sylvicolas numerat pecudes, & nominat illas,  
 Nomina dans avibus, quæ per inane volant.  
 Agnoscit costã, sibi quam locat ecce IEHOVA,  
 Ex qua suscepit pignora multa pater.  
 Cum qua traduxit letos feliciter annos:  
 Rerum cui prorsus copia nulla deest.  
 Impulsus tandem Satanae technisq; colubri,  
 Coniugis atq; dolis, poma negata vorat.  
 Et sic iussa DEI violat, mandataq; rumpit:  
 Insuper iratum tunc fugit ipse DEVM.  
 Mox reuocatus adest, culpæ veniamq; precatur,  
 Plenaq; letitiæ verba relata capit.  
 Semine promisso colubri quod colla retundat,  
 Et lapsus miseri restituatur ADA.  
 Finibus ex horti tandem propellitur exul,  
 Cuius possessor factus Adamus erat.  
 Et morti quamvis obnoxius esset in orbe,  
 Attamen hic retinet verba relata polo.  
 Triginta pariter nongentis prædicat annis  
 Semine de sancto, notaq; verba facit.  
 Donec iustitiæ præco prodiret amatus:  
 Inuisus mundo, charus at ipse DEO.  
 Erigit ac animat natos charosq; nepotes

*lapsus*

De

*De vita cœli que super axe manet.*

*Apprendens etiam bona que promissa fuere,*

*Erudit atq; alios notitiâq; DEI.*

*Spe prolis sanctæ, vitam concludit, amata,*

*Saluus & euasit, sidera clara petens.*

## EVA.

3

*EVÆ ex sopiti viri costa DEO pronubo pro-*  
*ductæ, & marito Adamo adiunctæ, blanditijs &*  
*illecebris Diaboli seductæ & deceptæ, ac cala-*  
*mitates in totum mundum introducentis, in o-*  
*mnes res conditas imperium cum viro adiun-*  
*cto, obtinentis, blanditijs ac illecebris serpen-*  
*tis seductæ pomum arboris vetitæ carpentis, vi-*  
*ro illud porrigentis, sibi dolores difficultate*  
*partus concitantis, mortem, proh dolor! in ge-*  
*nus hominum introducentis, spe deinceps salutis*  
*æternæ excitatæ, ac patientia melioris, & secu-*  
*turæ vitæ acquiescentis, Genes. 2. 3. 4. cap.*

*E lateris costa, somnum dum carpit Adamus,*

*Eua thori coniunx, pulcra virago venit.*

*Quæ producta DEI manibus, coniuncta marito:*

*Pronubus est auctor munus utrumq; gerens.*

*Dos fuit integritas, assertio vera parentis:*

*Hortus erat sedes illius atq; domus.*

*Imperium retinens in res cunctasq; creatas,*

*Expertes animæ, quas quoq; vita regit.*

*Victus erant fruges terræ, plantaq; salubres,*

*Terra dabat fructus absq; labore suos.*

B 2

A51

De



*Ast hec blanditijs Satane decepta maligni  
 Arbore de vetita poma negata rapit.  
 Ac ea porrexit cupido gustanda marito,  
 Ex morſu vetito fit reus ipſe necis.  
 Hoc igitur rupto mandato plurima damna  
 Accerſit ſibi mox foemina, plura viro:  
 Cogitur inde miſer duros tolerare labores:  
 Ipſa ſibi partum difficilemq; parit.  
 Totaq; poſteritas defleſcit tramite recto,  
 Fit rea mox etiam foemina lapſa necis.  
 Dotibus amiſſis: Spem concipit ipſa ſalutis,  
 Expirans donec claudit in orbe diem.*

## CAINVS.

3

Caini ex protoplaſto primogeniti, in ſudore  
 vultus ſui victum ſibi quaeritantis, ira excandel-  
 centis, fratrem Abelem necantis, accuſante eum  
 DEO, haud veniam deprecantis, in deſperatio-  
 nem, admiſſa caede, ruentis, incerta ſede ab-  
 errantis, ac deinceps à Lamecho, haud ex pro-  
 poſito, occiſi, vitamque cum gemitu emittentis,  
 Genef. 4. cap.

*Dilecto matris nato naſcente Caino,  
 Ex protoplaſto patre renatus homo.  
 A primis annis ſolers fuit ipſe colonus,  
 Dum duram ſcindit vomer aduncus humum.  
 Colligit inde ſibi victum ſudore grauatſus,  
 Ast piger in ſtudijs relligionis erat.  
 Maxima pollicitus ſibi munera, dum ſine cultu  
 Abſq;*

Absq<sub>3</sub> fide pariter, vota precesq<sub>3</sub> facit.  
 Huic igitur frater praelatus numine fausto:  
 Per citus hinc ira, cor quoq<sub>3</sub> fraude scetet.  
 Et struit insidias tacitè, quò possit Abelem  
 In rus pellectum clamq<sub>3</sub> necare modo.  
 Haud veritus maculare manus de sanguine iusto,  
 Obtruncans furtim, cæde rubescit humus.  
 Arguitur cædis cum trux homicida Cainus  
 Non dolet ob factum, nec veniamq<sub>3</sub> petit.  
 Sed I o v æ tumida respondet voce malignus,  
 Quòd non sit custos fratris, ut ante, sui.  
 Conscia mens subolens cædem perterrita nutat,  
 Inmemor existens de bonitate DEI:  
 Donec in exitium ruat exul in orbe pererrans,  
 Conspectum fugiens matris itemq<sub>3</sub> patris.  
 Io v æ a m non veritus, nec qui peccata remittat,  
 Sed tremir ob iusti iudicis ipse minas.  
 Fertur Lamecho non vi sed forte necatus:  
 Exhalans animam Tartara in gra petit.

## ABEL.

4

ABELI iusti, primitias DEO offerentis, de  
 sacrificijs & promissionibus cum fratre Caino  
 dissentientis, ac odium in se excitantis, veritati  
 promissionum nitentis, ob idq<sub>3</sub> innocenter ex  
 fraterna cæde oppressi vitam cum morte com-  
 mutantis. Genes. 4. cap.

QUòd non acceptus matri nec gratus Abelus,  
 Charus is est summo qui regit astra DEO.

B 3

Semine

*Semine promisso de caelo gaudia mente  
 Percipit haud dubia concipienda fide.  
 Praeficitur pecudi tenera per prata vaganti:  
 Io v A primitias obtulit inde gregis.  
 Non ut thuricremis placaret Numen in aris,  
 Sed magis ut superis exhibeatur honos.  
 Sed Io v A cum fratrem fidei virtute probaret,  
 Agricolamq; Cain sperneret ipse DEVS.  
 Hos inter lites exortæ qua ratione  
 Sit Io v A placandus, num prece, siue fide,  
 Ex hoc dissensu cultus odioq; maligno,  
 Quod magis ardescit, non datur vlla quies,  
 Donec is innocuo profundat sanguine vitam  
 Promissis haerens non dubitante fide.  
 Ergò spe vitæ melioris migrat ad astra,  
 Eius adhuc superest fama; vivit anus.*

## S E T H V S.

5

SETHI, primi hominis, tertij filij, ex sanctiori doctrina patris exculti verbo Dei, & promissionum diuinarum propagatoris, annos nongentos ac duodecim vitæ suæ in terris protrahentis, veræ Ecclesiæ defensoris acerrimi, & ob id nomen inter laudatissimos & illustres Heroes obtinentis, Genes. 4. 5. cap.

*SETHUS erat patris afflictæ recreatio magna,  
 Tertius ex ortu natus Adame tuus.  
 Hoc etenim nato violenta cade necato,  
 Ereptoq; fuga, qui sibi charus erat:*

*Latitia*



*Letitia pater est affectus, dum puer iste  
 Nascitur, hem matris spes quoq; quanta fuit.  
 Tristatur verò magis hic cum degener haeres  
 Sperneret astrigeri fixa statuta DEI.  
 Diuinis quoniam promissis voce resistit:  
 Peruersa statuens dogmata mente, suis.  
 Hic patris imbuti doctrina, tramite recto  
 Nunquam discessit, dogmata vera sequens.  
 Bis sex nongentos vite protraxit & annos,  
 Nomen & ex natis obtinet ille patris.  
 Solus promissi defensor seminis acer,  
 Hic Ecclesiole, dum caput, unus erat.*

## ENOS.

6

Filij Sethi, doctrinam de DEO ab auo & pa-  
 tre perceptam, propagantis, de Messia patribus  
 promisso, familiam suam instituentis, idolatri-  
 cos cultus refutantis, nongentos & quinque an-  
 nos ætatis in terra, producentis, Genes. 4. 5. cap.

*EX patre primæuo prognatus filius Enos,  
 Percipiens ab auo dogmata quæq; patre:  
 Hæc quoq; de cultu diuino, voce propagat,  
 Distribuens alijs quæq; relata docens.  
 Hic etenim perspexisset quod secta Caini,  
 Spargeret id virus transitione nocens.  
 Non saltem de Messia, de relligione,  
 Instituit natos cultibus atq; sacris.  
 Insuper hic etiam conuentus ritè peregit,  
 Discernens sacris dogmata falsa, pijs.*

B 4

Oppo=

Opposuit veram doctrinam, falsa refutans  
 Somnia, quæ sparsit trux homicida Satan.  
 Ac hostes contra senos, Satanaeq, furores,  
 Implorat summi nomen in axe DEI.  
 Vixit nongentos annos, his adijce quinq,  
 Qui sunt ætatis tempora certa sua.

## E N O C H V S.

7

E N O C H I, Sethi trinepotis, veræ Ecclesiæ  
 propagatoris, & Prophetæ constantissimi, co-  
 ram D E O integrè in munere suo versantis, è  
 viuis excessuri, fide constanti mortem haud sen-  
 tientis, ipso corpore ad perpetuæ vitæ consue-  
 tudinem translati & euocati. Anno mundi 987.  
 anno post mortem Adami 57. Genes. 4. 5. cap.

H E n o c h u s vates, prognatus patre Jaredo,  
 Stemmate de Sethi nati propago pio.  
 Haud corruptelis à vero tramite V E R B I  
 Abduci passus, vocibus atq, minis.  
 Arguit idcirco pro veris ficta docentes,  
 Et tumide mentis somnia vana terit.  
 Terruit atq, malos duplici ratione docendo:  
 Scilicet exemplis, quæ quoq, nota patent.  
 Insuper & pœnis aliorum, Numinis ira,  
 Quæ venit, atq, minis, iudicijq, D E I.  
 Munia cum verò solers, sine labore repertus  
 Efficeret, I O V Æ gratis in axe fuit.  
 Atq, fide placuit, discedens limine mundi,  
 Non sensit rigide spicula dura necis.

Corpore

Corpore sed viuo transfertur ad astra receptus  
 Gaudia percipiens quæ sine fine manent.  
 Omnibus atq; pijs exemplar in orbe reliquit,  
 Quod sit in ætherea vita beata domo.  
 Ipsi qua, vita, fruituri, sine carente,  
 Sepositis lutei corporis exuvijs.

## L A M E C H V S

8

## I M P I V S.

LAMECHI, Mathusaelis filij ex profapia  
 Caini oriundi, Ecclesiæ hypocriticæ propaga-  
 toris, decretum DEI de coniunctione masculi  
 & fœminæ violantis, duabus vxoribus adhæ-  
 rentis, tritauum suum Cainum iaculo emisso, in-  
 terimentis, formidine pœnæ extincti, Gen. 4.5.c.

**M**athusale natus Lamechus, stirpe Caini  
 Prognatus, pellax hic hypocrita fuit.  
 Cum doctrina pijs cætus, maioribus orta  
 Deprauata foret, dogmata ficta probat.  
 Vincula coniugij dirimit, quæ ritè dicata  
 Cum duo coniungit pectora Io v a thoro  
 Uxores binas vetito pellexit amore,  
 Edictum contrà, quod DEVS ipse probat.  
 Illecebris nati perplexi, pectora mulcent  
 Organico cantu, Pindaricisq; modis:  
 Dulcisonis capti modulis, & voce sonora,  
 Pleetra mouent primùm nullus ut ipsa mouet  
 Fabriles artes reparant, & qualiter ipsa

B S

Ex.

*Ex epulis lautis mensa paranda, docent.  
 Ipsorumq; patrem trituum vibrasse Cainum  
 Ex telo fertur, fit reus inde necis.  
 Hinc dolet ob eadem, pœnae formidine tactus,  
 Crudelis vultu, perfidus atq; minax,  
 Donec vita fugit Stygys immersa sub undis  
 Corpora discedens, pallida membra rigent.*

L A M E C H V S 9  
 P I V S.

LAMECHI, filij Mathusalæ, Enochii nepotis omnium mortalium viuacissimi, corpore & anima pariter in cœlum sublatis, temporibus Ecclesiæ varijs corruptelis deprauatæ, acerbè vitam protrahentis, annosq; septingentos, septuaginta septem excedentis, Genes. 5. cap.

*Nemo Lamecho viuacior extitit unquam  
 Mathusale nato, cui Dea parca fauet.  
 Huic etenim vitæ protraxit prouida filum,  
 Nec sensit gelidæ vincula dura necis.  
 Corpore sed pariter discessit ad astra receptus,  
 Et vita fruitur, quæ sine fine manet.  
 Digna fuit soboles celebri de stemmate creta  
 Maiorum gradiens cum pietate viam.  
 Eius temporibus promissio, seminis, alma  
 Spreta fuit, Verbi vis quoq; sancta DEI.  
 Aneadum genitrix vires acquirit cundo:  
 Exitiale scelus, regnat itemq; dolus.  
 Ut non restringi possit, vel voce minisq;*

*Hinc*

*Hinc vir deplorat secula prava pius.  
 Is neq; desistit, placida nec mente quiescit,  
 Dum sibi dilectus filius ortus erat.  
 Quem fore credebat solamen posteritatis  
 Numinis instinctu, verba relata probans.  
 Longaue vite perduxit secula viuens,  
 Annorum numerum pagina sacra refert.*

NOÆ patriarchæ & præconis iustitiæ DEI dilectissimi, hominum infensissimi, interitum & inundationem mundi annunciantis, ante diluuium dolente animo Lamechi libidinem deprehendentis, refluxis aquis cataclismatis, filij Chami ludibrium perferentis, in extracto à se nauigio, tempore inundationis aquarum cum vxore, tribus filijs, & totidem nuribus, tam brutis animalibus quàm volucris omnibus, DEO prouidente, in eodem occlusis, conseruati, annos nongentos & quinquaginta longissimæ ætatis suæ producentis, Genes. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

*Acceptus superis, acceptus in axe Parenti  
 Iustitiæ præco Noa fidelis erat.  
 Nemo maiorem viuens conspexit in orbe  
 Contemptum VERBI, Numinis atq; sacri.  
 Dum scelus omne viget, vires dum saua libido  
 Acquirat plures, dum Cytherea furit.  
 Illecebras vidit Lamechi supra sequentis,  
 Peruersos homines, non sine clade, notat.*

*Vidit*

Vidit seuorum commotâq; bella Gigantum,  
 Atq; Chami sannas conspicit ipse senex,  
 Nimrodi technas expertus : despicit inde  
 O Babylon turris culmina celsa tuæ.  
 Confusas linguas pariter deplorat & odit  
 Dispersas gentes quâ patet orbis iter.  
 Venturas clades mundo prædicit inertî,  
 Non modò doctrina, sed grauiusq; minis.  
 Nauigio structo simul hoc quo conspicit iram  
 Numinis, & rapidas Deucalionis aquas.  
 Et tribus euasit cum natis, coniuge casta,  
 Prouidus, inclusis tot nuribusq; pater.  
 Quid moror ? interitum spectat, mundiâq; ruinas  
 Elapsus donec floriger annus eat.  
 Extruit egrediens aram, precibusq; litauit :  
 Conspiciens radios Iri decora tuos.  
 Incumbit tandem cultura dulcis agelli :  
 Vineæ plantatur, culta virescit humus.  
 Connubij legem sancit, cædisq; vetustam,  
 Pluraq; venturo semine verba facit.  
 Lustra decem vixit nongentos insuper annos  
 Excessit viuis, Spiritus astra subit.

## C H A M V S.

II

CHAMI, ex Noa, natu minimi filij, homi-  
 nis flagitiosi, fratres ad irridendum denudatum  
 & temulentum patrem prouocantis, ac irritan-  
 tis, ab ipso propter iuuenilem audaciam repu-  
 diati atq; execrati, Genes. 10. cap.

Degener

*D*Egener & natu minimus Chamus extitit haeres  
 Noë, derisor, flagitiosus homo:  
 Cum femur hic patris, nudato corpore cernit  
 Detectum, fratres conuocat ipse suos.  
 Sicq; patrem naso suspensio ridet aperte,  
 Hauserat is postquam pocula plena mero.  
 Insultas vicio patris & doctoris amandi,  
 Tempora cui canent, cui tribuendus honos.  
 Ergo cum scelus hoc patrasset pectore falso  
 Fit seruus, tanti criminis atq; reus.  
 Nam pater illius crudeli percitus ira  
 Natum depellit, mox maledictus abit.  
 Gens Chanaanæ Chamo produxit nomen ab ipso,  
 Tempore delapso, funditus ipsa perit.  
 Incola sitq; plage quâ spirat nubilus Auster:  
 Gens ab eo celebris prouenit Æthiopum.  
 Quid memorem Numidas infrenes? leta Canopi  
 Iugera consistunt sub ditione Chami.

## I A P H E T V S.

12

IAPHETI, Noë maximi natu filij, patrem  
 senio confectum, digno honore prosequentis,  
 imbecillitati ex temulentia accersitæ condonan-  
 tis, à patre vicissim benedictionem consequen-  
 tis, Genes. 10. cap.

*F*ilius ex Noa natu productus Iaphet  
 Maximus, hic patrem deueneratur amans.  
 Illius errori parcit, cum cerneret ipsum  
 Immersum vino, nudaq; membra tegit.

Idcirco

*Idcirco fructus pietatis protulit amplos,  
 Inq; pio catu tollit ad astra caput.  
 Et tenet omniparæ telluris iugera culta,  
 Omnibus & numeris prosperitate viget.  
 Illius ex sera trahit ortum posteritate  
 Gens populosa truci militiâq; potens.  
 Medi, Sauromatae, cum Græcis trux Alemanus:  
 Indomiti Thraces, indomitiq; Scytae.  
 Italus ex illo trahit ortum, dives Iberus,  
 Ad Boreæ tractus, occiduasq; plagas.*

## S E M V S.

13

S E M I, Noæ filij religiosi, patrem veneran-  
 dum senem, ex ebrietate & somno opprèssum,  
 & denudatum, auersa facie, obtegentis, ab ipso  
 experrecto benedictionem sortientis, in terris  
 sexcentos annos ætatis suæ, D E O fauente, pro-  
 ducentis, Genes. 10. 11. 15. cap.

*I* Pse Semus Noa prognatus filius alter:  
*Moribus excultus, relligiosus erat.  
 Iniungens fratri temerè ne patris amati  
 Exagitet vicium, nudus ut ipse cubat.  
 Imprudens victus generosi munere Bacchi,  
 Plantatur solers, qui quoq; vitis erat.  
 Ergo Semus pariter Iaphetus, membra parentis  
 Velant iniecta, vesteq; nuda tegunt.  
 Ast ubi languidulus discessit corpore somnus  
 Natorum celebrat facta modesta pater.  
 Atq; Semo nato felicia quæq; precatur,  
 Iaphetum*



*Iaphetum voti participemq; facit.*  
*Inde Chamum cœpit diris incessere probris,*  
*Et seruum, fratrum se fore Noa refert.*  
*Hinc Cananeorum transfertur limite terra,*  
*Atq; Semi natis ritè colenda datur.*  
*Eius proueniunt gentes de stemmate fortes,*  
*Hic ubi Sol rapidis exerit ora vadis.*  
*Assyrii, Perse, Phœnices, thurisferiq;*  
*Chaldaeï, Syrii, diues & Armenius.*  
*Inter quos populos Ecclesia sancta receptum*  
*Hospitium tenuit, tempore, tutâ, suo.*  
*Pertulit in terris senij graue pondus inertis,*  
*Sexcentos annos dum superesse datur.*

N I M R O D V S    14  
T Y R A N N V S.

NIMRODI, filij Chusi, viri strenui & fortissimi, mœnia Babylonis extruentis, arma primum contra rebelles capientis, & obedientiam debitam, supplicij grauitate extorquentis, venatoris coràm DEO nominati, Monarchiarumq; initia constituentis, Genes. 10. cap.

*EX patre, Nimrodus, Chuso, vir fortis & audax*  
*Filius, ipse Chami dicitur esse nepos:*  
*Quiq; Semiramia Babylonis mœnia condit,*  
*Victor ut existat, primus & arma capit.*  
*Nam dum spreta patrum fuerat veneranda po-*  
*Que modò consistit moribus ecce p̄ys. (testas*  
*Inter mortales grauitas discesserat omnis,*  
*Morti-*

*Mortiferumq; scelus, fraus & ubiq; viget:*  
*Subingat idcirco Nimrodus pectora frenis,*  
*Decernens poenas, dum mala facta patrant,*  
*Ex cursu praeceps dictus venator anhelos*  
*Ante DEVM, vulgi fama relata probat.*  
*Nam violentus erat leges decernit iniquas,*  
*Incutiens rabidis pectora dura minis.*  
*Inde Monarchiae fausto sunt omine tractae*  
*Ex illo, texit, quas quoq; IOVA regit.*  
*Ut nidos habeat viduix Ecclesia terris,*  
*Et maneat VERBI vis manifesta sacri:*  
*Quamuis erumnis varijs percussa labascet,*  
*Attamen astrigero vindice tuta manet.*

## H E B E R V S.

15

HEBERI, Semi pronepotis, viri religiosissimi, doctrinam de DEO, & promisso Messia, propagantis, Nimrodi furoribus se opponentis, annos quadringentos, sexaginta quatuor in terris excedentis. Genes. ii. cap.

*Gens Hebraea viro nomen deduxit Hebero,*  
*Quiq; Semi iusti pronepos ecce fuit.*  
*Hic non dissimilis patribus, sanctisq; prophetis,*  
*De vero quoniam differit ipse DEO:*  
*Et de venturo Messia dogma propagat,*  
*Haud ab eo cessit, non veritusq; minas.*  
*Ergo Nimrodi technis, fraudiq; resistit,*  
*Solus ut imperij frena tenere cupit.*  
*Exerit ut vires in membra fidelia IOVA,*

Hic

*Hic verò cupidus religionis erat.*

*A norma VERBI nunquam deflexit aperti,*

*In terris numerat secula plura senex.*

## PHALECHVS. 16

PHALECHI, à patre Hebero, tempore confusionis linguarum progeniti, auitæ doctrinæ ac religionis propagatoris, factionem Nimrodicam dissipantis, annos ducentos, triginta nouem, plenæ ætatis suæ attingentis, cum patriarcha Abrahamo quadraginta octo annos viuentis, Genes. 10. 11. cap.

*Tempore quo vates terris est ipse Phalechus*

*Filius acceptus, natus Hebere tuus:*

*Doctrinæ cupidus: Nimrodi factio praua*

*Pellitur in varias non reparanda plagas.*

*Eminet ut turris Babylonica, sidera tangens,*

*Confundit linguas iustus in axe DEVS.*

*Illo nam clades Ecclesia tempore plures*

*Pertulit, ac creuit vana superstitio.*

*Et ceu gens hominum varias propulsa per oras*

*Urbe Semiramia, linguaq; mixta sonat:*

*Ex donis sic linguarum gens tota redacta*

*Urbis ad vnus limina celsa, fugax. (STI,*

*Urbs hæc est terris dominans Ecclesia CHR I-*

*Extra quos fines nullibi certa salus.*

*Annos triginta vixit pariterq; ducentos,*

*His super adde nouem, tempora certa tenes.*

C

THARA

## THARA.

THARÆ, trinepotis Heberi, & Abrahami patris, inter idolatricos populos commorantis, in errorem ab ipsis aliqua ex parte protracti, in Mesopotamiam è Chaldæa discedentis, annos centum & quadraginta excedentis, Gen. II. cap.

*Thara fuit nepos, patriarchæ, cretus, Heberi, Thariadæq, pater, pagina sacra refert.*

*Urbis Chaldææ celebris fuit incola solers,*

*Flammiumomo nomen quæ tenet igne datum.*

*Infesto fuerat tunc undiq, cinctus ab hoste,*

*Illam decepit fictaq, religio.*

*Haud tamen illorum neuus est aduena nexus,*

*Dum Diuos vanos ac simulacra colit.*

*Chaldææ linquit fragrantis iugera terræ,*

*Cum nato migrans hospes itemq, nuru :*

*Cinis Haranæus, fraterna prole recepta*

*Mansit, ubi cessit corpore vita fugax :*

*Annos dum complet centum, si lustraq, iungis*

*Ipsè nouem, vitæ, tertius indè deest.*

## NACHOR.

NACHORIS, filij Tharæ in Mesopotamia commorantis, doctrina de Messia promisso à fratre Abrahamo instructi, eandemque posteris suis communicantis, Genes. II. 22. 24. cap.

*Inibus in patrijs permansit filius alter*

*Ex Thara Nachor iugera culta tenens.*

*Doctri-*

*Doctrina siquidem veraci præbuit aures  
 Semine de sancto, fratre docente suo.  
 Noxia quod torti contundat colla colubri,  
 Per quod lapsus item restituatur Adæ.  
 Est eius natus Iacobus nepte Rebecca  
 Filius in terris, Isace sancte, tuus.  
 Ex celebri diuus quod vates sit Bileamus  
 Eius productus stemmate fama refert.  
 Ille Moabitis prædixit numine fausto  
 Orta de stella stirpe Iacobe tua.*

## ABRAHAMVS. 19

ABRAHAM I patriarchæ, & viri ante omnes alios gloria insigni præstatis, in peregrinas oras proficiscentis, plurimas ærumnas patienter perferentis, nomen patris multarum gentium sortientis, promissionem de venturo Messia accipientis, filium Isaacum ex effœta vxore Sara enixum occidere volentis, ab angelo apprehensa fica, remorati, firmo assensu semper promissionibus diuinis inhærentis, angelos etiam vitæ custodes conspicientis, reges quatuor spoliantis, populo Sodomæo libertatem restituentis, tandem in Hebrone à duobus filijs, post obitum, sepulturæ honeste traditi, anno ætatis suæ septuagesimo quinto, & centesimo. Historia eiusdem in Genesi à capite II. vsq; ad 25. extat luculenter descripta.

C 2

Tharia-

**T**hariades linquens fines & rura propinqua  
 Ignota terra, iugera lata subit.  
**A**nea qui coluit veterum simulacra Deorum,  
 Credentum tandem dicitur ipse pater.  
**C**ui **D**EVS ærumnis presso de semine iusto,  
 Promissi repetit verba verenda sui.  
 Semine quo populi triplicis per climata mundi  
 Sint benedicendi: Res facit ipsa fidem.  
**I**nsuper ut verbis confirmet pluribus illud,  
 De Cananæorum climate vota tulit.  
**N**on ut sit sedes stabilis, nec mansio certa,  
 Sed cunis **C**H R I S T I præbeat hospitium.  
**H**uic datur antiqua quoque circumcisio legi  
 Addita, per quam nec iustificatur homo.  
 Sed sit iustitiæ fidei nota vera probata, (capit.  
 Per quam quis **C**H R I S T I facta benigna  
 Coniugis effæto quoque torpet corpore sanguis,  
 Uxoremque piam cana senecta premit.  
**N**ascitur ex ipsa mira rationeque Natus:  
 Summus quem mandat mox iugulare **D**EVS.  
**N**ec mandata **D**E I violasset mente rebeli,  
 Ni tracto gladio nuncius axe vetet.  
**A**duena nil proprium tenet hic Cananæidos ora;  
 Exuias saltem corporis ecce sui.  
**I**pse tamen credit spem contra, iussaque **I**O V Æ  
 Efficit, ac dictis exhibet inde fidem.  
**I**nter Chaldeos, Chananeos, atque Canopi  
 Est tutus ciues, prospiciente **D**E O.  
**C**ustodes vitæ, vigiles sunt axe ministri,  
 Coniuncte

Conuiuæ mense, dum capit ipse cibos.  
 Quatuor ac reges spoliat Iordanis ad amnem  
 Accinctus seruis exiguaq; manu.  
 Restituit populo Sodomæo libera iura,  
 Hostibus oppressis, leta trophæa tulit.  
 Aligeri postquam conuiuæ limina linqunt,  
 Cum NATO IOVÆ verba diserta facit.  
 Fit supplex IOVÆ ne sulphure perdat & igne  
 Urbes queis regnat crapula, blanda Venus.  
 Nemo DEO terris acceptior extitit unquam  
 Multiparens populi gloria magna fuit.  
 Vir clarus superans alios virtutis honore,  
 Messie cernens gestijt ipse diem.  
 Vidit & hunc fidei spe firma: corpus Hebrone  
 Conditur à natis, membra recepit humus.  
 Annos compleuit centum, bissenaq; lustra,  
 His tribus adiunctis tempora certa tenes.

## S A R A.

20

SARÆ matronæ lectissimæ coniugis Abra-  
 hami, filium Isaacum, senili ætate conceptum  
 anno ætatis suæ nonagesimo, in lucem procre-  
 antis, maritum debita honoris reuerentia co-  
 lentis, eundemq; in exilium sponte sequentis,  
 Agarem ancillam propter promissionem viro  
 despondentis, suscepto filio Ismaële, eundem  
 domo exigentis, centesimo vigesimo septimo  
 anno ætatis suæ, è viuis excedentis, Genes. II.  
 17. 21 cap.

C 3

Thariada

*T* Hariade coniunx, & foemina lecta maritum,  
 Sectatur, patrie inquit & arua sua.  
 Rebus posthabitis, exoptatisq; propinquis,  
 Fit comes exily, tecta remota petens.  
 Eximiam propter formam bis rapta marito,  
 Et semel Aegypti finibus atq; locis.  
 Ipsa gynaeceum regis deducta reuisens,  
 Inde Palestina, sed comes ipse D E V S,  
 Inviolata redit, saluo, pia nupta, pudore,  
 Tuta manet, charo traditur atq; viro.  
 Despondet famulam propter spem, casta, marito  
 Promissi sancti, spe sobolisq; simul.  
 Suscepto nato tandem depellitur ipsa  
 Cum peperit sobolem foemina foeta suam.  
 Nam praeter seriem naturae, nascitur haeres,  
 Et verbis Iovae pondus inesse videt.  
 Riserat haec quamvis, tamen haec fit mater ut octo  
 Lustra supergrediens, attigit atq; decem.  
 Matronae referens decus & pietatis honestum,  
 Exemplar sexus non mediocre sui.  
 Propter & obsequium quod praestitit ipsa marito,  
 Quem veneratur amans, quem probitate colit.  
 Exemplum sit matronis, ut Petrus aperte  
 Testatur, morum, laude pudicitiae.  
 Ne sibi vestitus placeat, cultusq; decori  
 Plus quam cana fides ac pietatis honos.  
 Annos explevit centum, si lustra q; iungis  
 Quatuor, etatis, septimus ipse deest.

LOTHVS.



L O T H I, filij Harani, in fertili & amœno agro Sodomæ confidentis, scelera & flagitia nefaria Sodomorum deplorantis, incolis futuram vastitatem ac conflagrationem prædicentis, in eiusdem incendio, angelorum educatione cum filiabus educti & conseruati, Genes. II. 12. 13. 14. 19. cap.

*Filius Harani Lothus comes aptus Abrami,  
Pectore Thesea iunctus uterq; fide.*

*Ærumnas vitæ patienti pectore perfert,*

*Et bona cum patruo, sorte fauente, suo.*

*Auctus ruricolis iumentis, ob famulorum*

*Desidiam, querit climata culta plage.*

*Consistens Sodomæ, tellus uberrima glebis*

*Est ubi, fœcundi pinguis & ora soli.*

*Cum direpta foret populantibus hostibus illam*

*Assyrijs, urbs hæc, captus & ille fuit.*

*Liber & euadit patrui virtute reductus,*

*Exemptus vinclis, climata tuta petens.*

*Ast cū blanda Venus Sodomis ac crapula regnat*

*Illicitusq; thorus, corde dolente pauet.*

*Aligeri bini patrui dum iugera relinquunt:*

*Hospitium repetunt Lothe vetuste tuum.*

*Atq; tuam vitam defendunt, neue libido*

*Fascinet uxorem, nec quoq; blandus amor.*

*Neu spe deluse, turpiq; libidine victæ*

*Nata: prospiciunt, fata futura notant.*

*Aligeris clades presentibus ipse ministris*

Euadit, rapit heu dum bona flamma vorax.  
 Ast vxor summi violat dum iussa parentis,  
 Respiciens mox fit celsa columna salis.  
 Ob Lothum Zoari tectis quoq, IovA pepercit,  
 Incestos populos cum vorat ignis edax.  
 Illecebris tandem victus viniq, liquore,  
 Fit reus incestus facta nefanda patrans.  
 Indè dolet turpis deplorans crimina vite,  
 Exemplar nœuis, liquit in orbe suis.  
 Et fidei pariter solidæ, pariterq, timoris,  
 Emula posteritas mente reuoluat idem.  
 Ammon hoc stirpem deduxit & ecce Moabus,  
 Ac vter Hebraei nominis hostis erat.

## A G A R A N C I L L A. 22

A G A R I S Ægyptiæ, in ædibus Abrahami  
 feruentis, Ismaelem procreantis, ex mandato  
 diuino, è domo eiusdem propulsæ, ab angelo  
 tandem cum filio, ex fuga, ne inedia in deserto  
 periret, reuocata. Genes. 16. 21. 25. cap.

ABrami tædis ancilla pedissequa Sara,  
 Iuncta simul sobolem procreat ipsa viro.  
 Ast inter famulam rixæ, dominamq, coorte  
 Sunt subito: nigro pectora felle rigent.  
 Ismaël contrà prolem consurgit amatam  
 Natus promissi verbaq, verna cupit.  
 Arbiter ipse DEVS tandem discernit, & ambos  
 Adibus expelli tam famulamq, iubet.

Agar

*Agar ab aligero verbis erecta relatis,*  
*Suadet ut hæc iterum limina nota petat.*  
*Et de venturo mox semine nuncia portat,*  
*Frondiferae sylvæ dum iacet exilio:*  
*Irriguum fontem monstrans dum verna recumbit*  
*Abiectus, patulis arboris ipse comis.*  
*Angelicæ domus Abrami fuit ipsa cohortis*  
*Hospitium gratum, conueniensq; locus.*  
*Cum sene fit sermo nam sæpius axe relatus*  
*Agare cum famula, coniuge cumq; nuru.*

## ISMAEL.

23

ISMAELIS filij Abrahami patriarchæ, ex  
 Agare ancilla prognati, è domo paterna de-  
 trusi, à matre Agare in solitudine expositi, præ-  
 sidio angeli conseruati, ad Ecclesiam se ad-  
 iungentis cum fratre, exequias paternas reco-  
 lentis, Genes. 17. cap.

*A Brami soboles, è serua creta propago,*  
*Nomen id acquirit sic statuente DEO.*  
*Annos ætatis iuuenilis vt attigit ipse,*  
*Permissu IOVÆ pellitur æde patris.*  
*Non tamen omninò priuatur iure bonorum,*  
*Quamuis expositus matre latente cubet.*  
*Ipse tamen plorans auditur numine fausto:*  
*Aligeri tutus præsidioq; manet.*  
*Inter odoratos Arabas iuuenilibus annis*  
*Versatur syluis montibus atq; cauis.*  
*Donec is Ægypto sociali fœdere iunctus*

C 5

Duce-

*Duceret uxorem fulcra cupita petens.  
 Ex qua produxit bisenos stemmate fortes  
 Ecce duces, nullis cessit & ipse minis.  
 Ad patris adiungit se cœtum, fratreg, iuncto  
 Deducit funus, collocat atq, dolens.  
 Ex hoc proueniunt Arabes ac Midianite  
 Tam Saracenorum gens odiosa DEO.*

## A B I M E L E C H V S

R E X.

24

ABIMELECHI Regis Palestinæ, penuria frugum ecclesię fidelis nutricij existētis, propter ademptos fontes, cum viris religiosis, ne iniuriam priorem vindicarent, immota fœdera sancientis, Genes. 20. 21. & 26. cap.

*Sceptra Palestinæ gentis tenet Abimelechus  
 Inclyrus, in Geraris rex generosus erat.  
 Abrami nuptam sociali fœdere nexam,  
 Isace quæq, fuit pectore iuncta tibi:  
 Quas haud uxores reputat, magis esse sorores,  
 Transtulit in patriæ limina nota domus.  
 Error ut innotuit, mox tradidit ipse maritis  
 Quas iunxit thalamo connubialis Hymen.  
 Cum viget aſt malesuada fames, & turpis egestas,  
 Rex Ecclesiæ firma columna fuit.  
 Ac ubi laesa fuit fontes tunc propter ademptos  
 Irriguos, grauiter relligiosa cohors:  
 Fœdere sancito statuit ne mente rebeli,  
 Quis repetat verbis facta priora ferox.*

MAM-

## MAMBRES ET

EPHRON. 25

MAMBRES Amorrhæi, & Ephronis Hethæi,  
hospitum Ecclesiæ DEI, Abrahami, & Isaaci  
patriarcharum, auditorum constantissimorum,  
hostium minis resistentium, fortiterq; pro fidei  
doctore pugnantium, Gen. 14. & 13. cap.

*Ephron tam Mambres, Hethæa gente vetusta*

*Alter Amorrhæa, natus uterq; fuit.*

*Abrami socij dum tradit dogmata verbi,*

*Ac auditores nempè fuere sacri.*

*Quisq; paratus erat labentem fundere vitam*

*Pro doctore pio, posthabitisq; bonis.*

*Bella mouet Mambres Mauortia, pugnat in ipsis*

*Abrami castris, suggerit arma furor:*

*Latrones Reges telo rutilante laceffit:*

*Ephron donat ei iugera culta soli.*

*Ne verò socijs sibi fido pectore iunctis,*

*Haud grauis Abramus, nec malegratus item.*

*Hostilis prædæ partem lethalibus armis*

*Attractam Mambris fratribus ipse locat.*

*Ephroni verò precium pro climate culto*

*Amplum distribuit, gratus utriq; fuit.*

ELIEZER. 26

ELIEZERI Damasceni, dispensatoris A-  
brahami fidelis, propter heri sterilem thorum be-  
nedictionem & bonorum possessionem affectan-  
tis, in Mesopotamiam, ad eligendam vxorem  
herili filio, ablegati, Genes. 15. cap.

*Ipsè*

*I*Pse Damascena prognatus Eliezer vrbe,  
 Edibus Abrami prospicit ecce sagax.  
 Ob domini tectas effoetas iure bonorum  
 Affectat pariter rebus & ipse frui.  
 Illud ut impediatur, tunc coniunx Sara marito  
 Collocat ancillam fulcra subitq; thori.  
 Ast pater Abramus gemina cum prole fuisset  
 Auctus, nec seruus talia mente cupit.  
 Sed magis obsequio Dominum reueretur, & oras  
 Mittitur ignotas, iugera culta petens:  
 Copulet ut nato sociam: Perfungitur ergo  
 Officio solers, & pietate, suo.

## BATHVEL.

27

BATHVELIS, filij Nachoris, patris Rebec-  
 cæ, eandem haud delicatè, aut in ocio educan-  
 tis, sed ad labores perferendos assuefacientis, a-  
 dolescenti agnato in absentia despondentis, Ge-  
 nes. 22. 24. cap.

*H*Aud natum Bathuel luxu nutrit ab annis  
 Etatis teneræ, qui fuit ipse Syrus.  
 Quin assuetæ fuit duos tolerare labores,  
 Efficiens matris, iussa verenda patris.  
 Ut nati sit sponsa sui, disponit Abramus  
 Per fidum famulum, virgo Rebecca suum.  
 Approbat haud tamen hanc oblatam conditionē,  
 Quin exploretur mens quoq; virginea.  
 Agnato iuueni sic despondetur & absens  
 Sanguine coniunctis, annuit indè libens.

Cumq;

*Cumq̄ forent tandem sponsalia ritè peracta,  
Ac sumtis pariter mensa remota cibus.  
Ancillis iunctis deducitur in Cananæam :  
Huic erat assistens Delbora fida comes.*

## I S A A C V S.

28

ISAACI, ex effœtis parentibus nati, ætate iuuenili patri Abrahamo vsque ad rogam obtemperans, sicam vibratam haud expauescens, à DEO promissiones amplas accipientis, propter reditum Iacobi filij ex Mesopotamia incredibili lætitia affecti, ob Iosephum amissum dolentis, annos centum & octoginta ætatis suæ excedentis è viuis sublatis, & à filijs in sepulchro patris conditi: centum & decem annos cum Semo filij Nohæ, cum patre Abrahamo septuaginta quinque, cum filio Iacobo, centum & viginti viuentis, Genes. 17. 18. 21. cap.

*Infans effœto de corpore nascitur infans,  
Tempore quoue patrem curua senecta premit.  
Naturæ præter cursum, quàm quodq̄ requirit  
Ætatis ratio, metaq̄ fixa sibi.  
Mollis ut est ætas nuceo commixta pudore  
Abramo paret, paruulus ille puer.  
Impositusq̄ rogo, vibratum non tamen ense  
Formidat constans, haud veritusq̄ minas.  
Hinc rata promissi declarat verba paterni,  
Hic iuuenis patria cum foret hospes humo.  
Asserit idcirco patriam super axe futuram  
Credulus*

*Credulus expectans non dubitante fide.*  
*In Geraris degens depellitur Abimelech*  
*Ex odio Regis, clade referta domus.*  
*Hethæq; nurus, turbarant quando quietem*  
*Esæ, priuatam, tu quoq; nate simul.*  
*Ad quas ærumnas accessit lubrica sedes,*  
*Dum peregrinatur, plurimus atq; dolor.*  
*Aduentu nati, patria procul antè remoti*  
*Cum nuribus castis gaudia summa capit.*  
*At mox afficitur tam tristi clade nepotum,*  
*Tristitia, quando facta nefanda videt.*  
*Luctibus indulget, lacrimis humectat & ora*  
*Orbatus nato, qui sibi charus erat.*  
*Conditur à natis tumulto dum lustra bis octo*  
*Ac annos centum replet in orbe, senex.*

## R E B E C C A.

29

R E B E C C A, filiæ Bathuelis, neptis Nacho-  
 ris & coniugis Isaaci, foeminæ pulchritudine, ac  
 laude pudicitiae eminentis, rem familiarem in  
 œconomia parentum magna solertia disponen-  
 tis, in timore D E I viuentis, prolem ex sterili  
 thoro precibus mariti, ac fide solida, geminam  
 impetrantis, maritum senio confectum atq; cœ-  
 cum, debita honoris reuerentia colentis, Gen.  
 22.24. 25. cap.

*I*saaci coniunx thalamo coniuncta Rebecca,  
*Multa virtutis pulchra virago fuit.*  
*Ædibus in patrijs vitam transigit honestam,*

*Quæ*



Quæ morem matri gessit itemq; patri.  
 Iuncta viro numerans annos effœtaq; vixit  
 Viginti sterili, foemina casta, thoro.  
 Impetrat hæc prolemq; fide precibusq; mariti,  
 Prole fit ex gemina mater, & ipsa nurus.  
 Illa sed obseruans oracula numinis almi  
 Consultit Iovam pignore foeta prius.  
 Ac sic à nato maiori transtulit astu  
 Ne benedicatur, prospiciente Deo.  
 Hæc matrona virum reueretur lumine captum,  
 Languidus ut fuerat decrepitusq; senex.  
 Ipsa nurus rigidas perfert, & voce minaces,  
 Et natum reuocat corrigit atq; minis.  
 Ancillasq; regit, quarum numerosa caterua,  
 Prudenter, propria firma columna domus.  
 Hæc Ecclesiola totius foemina lumen,  
 Et matronarum, non sine laude, decus.

## E S A V V S.

30

ESAVI Isaaci patriarchæ filij, fratris Iacobi,  
 moribus ineptis & truculentis præditi, pater-  
 num animum sibi deuincientis, inter filios pa-  
 tris dilectissimi, Ethnicas puellas connubio si-  
 bi copulantis, ærumnas ac calamitates patris  
 lumine capti, accumulantis, ad placandum pa-  
 rentem decrepitum, aliam sibi nuptam quæ-  
 rentis, Genes. 25. 27. 33. 26. 32. & 36. Vbi  
 tota eiusdem profapia & posteritas recensetur.

Crine

*C*Rine ruber torto, membrisq; pilosus & andax  
 Esau's Isaaci, natus agrestis erat.  
 Traxit & idcirco cognomen tale, quod ipse  
 Moribus incultis sit truculentus homo.  
 Ergo feras telis solitus terrere fugaces:  
 Vomere conuellit iugera trita soli.  
 Pectore fallaci patrium deuincit amorem,  
 Præreliquis natis charus & ipse fuit.  
 Ex campo rediens conspersus puluere, fessus,  
 Primatum regni vendidit ipse procax.  
 Iuraq; sacrorum transfert, legesq; sacratas.  
 Et pro pulmento concoquit inde vorax.  
 Humectatq; genas, lacrimisq; madentibus ora  
 Frustrâ concoctis prodigus ecce bonis.  
 Astuat inuidiæ stimulis, mens mota furore  
 Insidias fratri mox seruit atq; suo.  
 Pro matris turpi despectu, fœdere iungit  
 Gentiles natas, connubioq; petit:  
 Afficit ærumnis orbatum lumine patrem,  
 Placet ut hunc alias subiungat ipse nurus.  
 Aede patris fastu torpens moderatur habenas  
 Munere placatus frater ut ipse redit.  
 Et fratri sedem Cananeo climate linquit:  
 Occurrens hilaris fœdere pacifico.  
 Pulsis Horræis, scopulosi culmina montis  
 Ipse Seir repetens occupat atq; tenet.  
 Traxit ab hoc nomen uinax, florientis Idumes  
 Diuitias pariter, gens inimica DEO.

IOBVS.

IOBI ex profapia Nachoris, siue Esau oriundi, viri religiosissimi, & in ærumnis varijs constantissimi, vno die liberis vniuersis ex ruina ædium orbati, omnibus armentis & pecudibus spoliati, à Satana infensissimo hoste varijs modis vexati, prurientibus vlceribus scatentis, ex amissione bonorum iterum in integrum restituti, vera fiducia melioris vitæ in DEO acquiescentis. Vita & historia eius luculenter libro Iob. descripta est.

*N*Achoris ex veteri prognatus stemmate Io-

*Ut patet ex scriptis: Esæ siue tuo: (bus:*  
*Inter Idumeos traduxit tempora vitæ,*  
*Expers hic labis vir pietate grauis.*

*Inter & Vstias, sine labe repertus, iniquos,*  
*Cladibus impatiens, cladibus est patiens.*

*Omnibus ac natis priuatur, sole micante,*  
*Natabus pariter, dum ruit ipsa domus.*

*Armentis, ouibus spoliatur lanigerisq;*  
*Tam per Chaldeos, thurilegos Arabes.*

*Vexatur Satana, corpus scatet ulcere foedo,*  
*Ac animo crescit nocte dieq; dolor.*

*Turpia nunc patitur ludibria, scommata, probra,*  
*Anuptia socio que sibi iuncta thoro.*

*Innumeras inter clades, tot tantaq; damna:*  
*Vincitur afflictus, concutit ossa pavor.*

*Iudicio IOVÆ sed mox absoluitur, eger,*  
*Liber ab ærumnis hic vacuusq; fuit.*

D

Auctus

*Auctus diuitijs locuples fit, numine dante,  
 Pulcrior & soboles creta parente, viget.  
 Non tamen hac iterum duplici ratione refertus  
 Auctior amissis ut fuit ante bonis:  
 Cum prior in manib. DOMINI vivebat, in orbe  
 Quamuis extincti corporis ossa cubent.*

## L A B A N.

32

L A B A N I S ex Syria oriundi, Iacobi auunculi, hominis auari, generum sororis filium greges suos curantis, sibi eligentis, in mercede iusta eum defraudantis, armataq; manu eundem in fuga persequentis, inito foedere deinceps aggerem in monte Gileado, pro rato & perpetuo testimonio erigentis, Genes. 29. 30. 31. cap.

*Qui patria Syrus, Isacida de stirpe Labanes,  
 Turpis auaritia, callidus arte, fuit.  
 Plenus perfidia, nullo satiatur & aere,  
 Hunc replet rerum copia nulla virum.  
 Quiq; greges ouium pascit, natumq; sororis  
 In generum recipit fraude nec aere carens.  
 Agnati, soceri, patris spretoq; fauore,  
 Affines iungit, sanguinitate pares.  
 Distrabit & iunctos animos fratrumq; sororum  
 Foedere posthabito, posthabitaq; fide.  
 Pluribus Isacides annis despectus ab ipso:  
 Ausugit hinc furtim, prospiciente DEO.  
 Persequitur turmis socer hunc minitantib. acer,  
 Nec parcit genero, Marte furente, pio:  
 Manc-*

*Mancipijq; loco vinculis strinxisset abenis,  
 Ni monitu Io v. A. tractus & ipse minis.  
 Litibus hinc motis iungunt sub fœdere dextras,  
 Agger & extruitur monte sub umbrifero.  
 Vincula perpetuæ referat qui munia pacis,  
 Nomen & acquirit tunc locus iste nouum.*

## L I A.

33

**L I A**, Labanis Syri filiæ, pudicissimæ & honestissimæ fœminæ, Iacobi patriarchæ coniugis, ex lippitudine ipsi marito parum acceptæ, sororiq; Racheli ratione fœcunditatis inuisæ, ab officio sedulæ ac patientis matronæ haud recedentis, in monumento Saræ & Rebeccæ reconditæ, Genes. 29. 46. 49. cap.

*EX astu thalamo, Lea virgo pudica, Labanis  
 Isacide, socio, filia iuncta, Syri.  
 Ob lippos oculos minus haud ea grata marito:  
 Inuidet huic sobolem propter & ipsa soror.  
 Illa sed haud vultu querulo conspecta, nec audax  
 Matronæ referens non sine laude decus.  
 Inuidie perfert stimulos pia fœmina, cœcæ  
 Obtrectatorum nec pauet inde minas.  
 Expirans tumulo Saræ coniuncta, Rebeccæ  
 Colligitur, fragili carne soluta cubat.  
 Mater erat Iudæ tribus à quo gens recutita  
 Sortitur nomen, quæ malè grata DEO.  
 Ex eius tandè Messias sanguine CHRISTVS  
 Nascitur in terris virgine matre puer.*

D 2

DINA.

## DINA.

DINÆ, virginis & annis & pulchritudine tenerrimæ, Liæ filiæ, extra ædes maternas, solenni quadam festiuitate expatiantis, & spectatum venientis, ab adolescente aulico inspectæ, propter pulchritudinem amore illicito flagrante, abreptæ, & stupratæ, eidemq; deprecanti per patrem veniam, matrimonio legitimo iunctæ, Gen. 30. 34. cap.

*Filia Dina, Liæ forma facieq; venusta  
Ipsa fuit flauis pulcra puella comis.  
Ædibus egrediens maternis limina linquit,  
Solenni forsân conspicienda die.  
Spectatum veniens, veniens spectetur ut ipsa:  
Hanc rapit astant iuuenis regius, atq; stuprat.  
Pro nati culpa veniam pater ecce precatur,  
Impetrat ut nati iuncta sit ipsa thoro.  
Fratres astant Dinae simulato fœdere tandem,  
Hec ulciscentes supra nefanda, fremunt.  
Inuadunt urbem telis: Furor arma ministrat,  
Funditus euertunt, eripiturq; soror.  
Hanc Philo Iudeus, coniunctam fœdere Iobo  
Agnato, socio, scriptor ut ipse refert.  
Quæq; fuit misero contraria sepè marito  
Ærumnis presso, pagina sacra probat.*

## RACHEL.

RACHELIS Labanis filiæ, virginis pulchritudine, alijsq; virtutibus ornatissimæ, ex primo intuitu

intuitu à Iacobo redamatæ, pro eademq; an-  
nis quatuordecim seruiente, aliquantisper ste-  
rili thoro viuentis, in itinere Bethlehemitico,  
partus difficultate expirantis, Genes. 29. 30. 35.  
i. Reg. 10. cap.

*M*oribus & facie præstans, lætissima Rachel

Virgo Labanis erat, filia chara, patris.

Lanigerae custos pecudis dum visa Iacobo

Intuitu primo mox redamata fuit:

Quatuor atq; decem messes seruiunt, ut ipsa

Tandem sit socij nupta pudica thori.

Inuidiam propter steriles protraxerat annos,

Dum voti compos foemina læta foret.

Mœnia dum Bethles repetit digressaq; Bethel,

Difficili partu, morte soluta perit.

Quam plorat coniunx & eodem tramite tumbam

Erigit, hoc titulo membræ reposta notans.

Gente Palestina fuit hinc mos iste receptus,

Dum pro coniugibus prospera quæq; petit.

Ut sint felices contracto fœdere, Rachel

Illius atq; soror, ceu Lea casta, fuit.

## F I N I S L I B R I

## P R I M I.

*Hoc Ecclesiola libertas dicta libello,*

*Haud superanda suo tempore quæq; manet.*

DE VIRIS  
SACRIS LITERIS  
ILLVSTRIBVS

*Joachimi Vvethmani  
Faurani*

LIBER SECVNDVS.  
Ecclesiæ per miseriam propagatæ.

IACOBVS.

36

IACOBI filij Isaaci, viri & patriarchæ religiosissimi, & DEO charissimi, varijs & quamplurimis calamitatibus diebus peregrinationis suæ subiecti, de nascituro Messia vaticinantis, ad extremum, Cananæis annonæ caritate, cum familia, oppressis, in Ægyptum ad filium Iosephum se recipientis, in senili ætate filijs, & nepotibus ventura prædicentis, anno ætatis suæ centesimo, quadragesimo septimo, vitam cum morte commutantis, in monumento aui patrisq; sepulchri. Historia eius descripta est à cap. 27. Gen. vsq; ad finem.

*Isacides pietate gravis vir fratre rogante,  
Mox ius primatus vendicat omne sibi.*

*Matre sed is benedictus abit disponit vt ipsa:  
(Est Ecclesiolæ vir patriarcha typus:)*

*Ædibus*



S *Aedibus expulsus fugiens minitante rebellis*  
*Fratre, sed hic agro nocte ruente cubat.*  
*Conspectu fruiturq; DEI, perpessus iniquum,*  
*Seruitum soceri, fata sinistra ferens:*  
*Præsentemq; Deum sentit, certamen anhelum,*  
*Audax aggrediens, quando reuersus erat.*  
*Ac dum cum IOVA luctatur vincitur ipse:*  
*Poplite lux ato claudicat Isacides.*  
*Ast fretus fidei spe tandem mente triumphat,*  
*Sæpius aligerum sentit adesse gregem.*  
*Nemo fuit superis acceptior, attamen ipse*  
*Luget Rachelem, quæ sibi iuncta thoro,*  
*Dum sibi rapta foret violenter filia Dina,*  
*Deplorat lacrimans facta nefanda pater.*  
*Natorumq; simul pollutas sanguine dextras,*  
*Et Leui cædem, tam Simeonq; tuam,*  
*Rubeni turpes incestus, fratris Iudæ,*  
*Perfidiam fratrum luget in orbe dolens.*  
*Coniugis ex obitu cruciatur, dumq; parentem*  
*Deprendit cæcum, Benjaminemq; dolet.*  
*Ast ubi dira famæ Egypti perculit oras*  
*Migrat ad has nato prospiciente suo.*  
*Acceptus Regi: plebs hunc reueretur ut equum,*  
*Filius hunc nutrit, suggerit atq; cibos.*  
*Prædicat ventura suisq; nepotibus almis,*  
*Ac natis pariter, iam quoq; penè senex.*  
*Annos excedens centum, si septimus adsit*  
*Et quadraginta, morte solutus obit.*  
*Finibus Egypti corpus transfertur, & illud*

D 4

Suscipit

*Suscipit allatum gens Cananea dolens.*  
*Ac ad aui patrisq; simul monumenta repostum,*  
*Cum quis promissi nuncia leta tulit: (STVS*  
*Ipsorum lumbis & quod de stemmate CHR I-*  
*Sit producendus verus honore DEVS.*  
*Ergo Thariade se nominat Isaaciq;*  
*Isacideq; DEVM, qui IOVA cuncta regit.*  
*Dum maiestatis splendorem, nuncia VERBI*  
*Humano generi, voce potente refert.*

## RUBEN.

37

RUBENI patriarchæ Iacobi ex vxore Lia  
 natu maximi filij, inter fratres præcipuum lo-  
 cum obtinentis, polluto patris thalamo impe-  
 rium adeptum amittentis, de occidendo fratre  
 Iosepho, facinus illud nefarium auertentis, pa-  
 tris ob id benevolentiam sibi conciliantis, Genes.  
 25. 29. cap.

*Filius Isacide Ruben, natuq; supremus*  
*Matre Lia natus, chara propago fuit.*  
*Donis ingenij prælatus fratribus, acris:*  
*His caret, ut patris polluit ipse thorum.*  
*Insidias fratrum tacite cum fraude Iosephus*  
*Venditus, auertit, restitit atq; minis.*  
*Ne frater vitam properam profunderet insons*  
*Prospicit, ut subeat mersus ad ima lacus.*  
*Incolumis sic ut posset lustrare penates*  
*Filius amissus, gratus & ipse patri.*  
*Incestus poenam luit hic cum posteritate*  
*Propter*

*Propter & hoc tribus hæc vilis in orbe fuit.  
Ex hac nempe tribu Rubenites semina traxit,  
Ac victrix hostis fœmina casta Nurus.*

S I M E O N E T 38  
L E V I.

SIMEONIS & LEVI, filiorum Iacobi patriarchæ ex Lia coniuge, sororis stuprum crudeli modo vindicantium, Regem Sichemitarum vsq; ad internecionem profugantium, in occidendo fratre innocente Iosepho, crudeles technas excogitantium, ac patrem venerandum senem mœrore afficientium, Genes. 29. cap.

*ET Simeon, Levi, coniuncti fœdere fratres,  
Isacida nati: Quisq; malignus erat.*

*Namq; patri verbis & voce minisq; molesti,  
Ex stupro frendunt, quo soror ipsa scætet.*

*Fœdere qui rupto crudelius ecce trucidant  
In Sichema regem, quod pietasq; vetat.*

*Abripiunt gazas fluxas, populantur & urbem,  
Venditus ut Ioseph, vincula dura parant.*

*Occidendus ut abreptus Iosephus iniquè  
Hircino tabo pallia tracta linunt:*

*His conspurcatis, pater ut conspexit, amare  
Deplorat nati tristia fata sui.*

*Emula posteritas ipsorum, clade referta  
Pluribus orbe fuit, nec loca certa tenet.*

*Inq; tribu, Simeon partem sibi legit, Iudæ,  
Haud proprias Levi possidet ipse domos.*

D. 5

Illius

Illius aſt fors eſt tandem translata Manaffen,  
 Quiq; fuit natus, caſte Iosephe, tuus.  
 Zephonias vates Simeonis ſtemmate cretus,  
 Et dux Bethulie ſtrenuus, enſe minax.  
 Et turba Leui ſacros ſibi I o v A miniſtros  
 Selegit, quorum nomina nota libris.  
 Moſes ac Samuel, Ieremias atq; Nabumus,  
 Ezechiel, Ianus, Zachariasq; pater.  
 Cunctorum miſeretur enim DEVS ipſe ſupremus,  
 Sponte ſua cælo venire quemq; cupit.  
 Obſtant haud cuiquam maiorum crimina plura,  
 Quo minus hic cæli ſidera clara petat.  
 Quamuis indignus ſit, quamuis labe refertus,  
 Attamen exclusus nullus in axe fuit.  
 His execratis, natis nec dira precatur,  
 Iudicio maior gratia namq; DEI.

## I V D A S.

39

I V D A E, filij Patriarchæ Iacobi, fratrem Iosephum ab interneccione vindicantis, propter Benjamin vitæ periculo ſe ſubiicientis, benedictionem morituri parentis, præ reliquis fratribus conſequentis, nomen & proſapiam Iudaicæ gentis excitantis, ac latè propagantis, Genes. 29. & 49. cap.

**I**ſacida quartus dilectus natus Iudas:  
 Ne ſubeat Ioseph triſtia fata cauet.  
 Benjaminem fratrem vitæ mortiq; propinquum  
 Eripit ex vinclis patre dolente ſene.

Hiram,

*Hiram connubio Cananei nomine natam,*  
*Hic sibi deuincit, corpora iungit Hymen.*  
*Dispulit ex qua progeniem cum stemmate prauā,*  
*Nam sobolem binam sustulit ipse DEVS.*  
*Coniuge defuncta Thamarim vitiauit amatam,*  
*Inscius, illius quæ fuit ecce nurus.*  
*Ex voto Iudæ plures decernit honores*  
*Cum moriturus erat debilis ipse pater.*  
*Inter sit fratres primus letusq; triumphet,*  
*Hostibus ut retulit leta trophæa suis.*  
*Hic Ecclesiolæ cætu potiorq; putetur,*  
*Huius nam lumbis nascitur ipse SILO.*  
*Nomen ab hoc traxit, populus Iudaicus istud*  
*Inde Palestina pars quoq; nobilior.*  
*Atq; tribus Iudæ regni moderantur habenas,*  
*Donec Messias natus in orbe fuit.*

## D A N .

40

*DANI, Patriarchæ Iacobi filij, ex ancilla*  
*Rachelis Bilha nati, leonis catulo, & serpentis*  
*comparati, in climate fratris Beniaminis, iuxta*  
*mare commorantis, Gen. 10. cap. Ios. 29. Iud. 1. ca.*

*Isaçide soboles, Danus Rachelis amata*  
*Coniugis ex famula nata propago fuit.*  
*Hec catulo similis Getuli nempe leonis,*  
*Est veluti coluber gramine quiq; latet.*  
*Beniaminis fratris partes propè littora Ponti*  
*Obtinuit solers in statione manens.*

*Posteritas*

Posteritas eius felix, quam ritè propagat,  
 Dux fortis Simson, militiaq<sub>3</sub> potens.  
 Hinc sunt ex tali Machabæi stirpe relati,  
 Quis patriæ cordi religionis opus.  
 Ast semel à cultu desiscens stirps ea, vero,  
 Fictò persuasù tunc simulacra colit:  
 Illud & idolum duravit tempore, vanum,  
 Urbe Silonea quo fuit arca DEI.

## N E P T A L I M.

41

N E P T A L I M I alterius è Bilha ancilla<sup>1</sup> Ra-  
 chelis, Isacidæ filij, tribum suam, in regno Ia-  
 bini Regis, ac in Galileæ superiore, D E I bene-  
 ficio per successores, ac nepotes propagantis,  
 Genes. 30.46. cap.

E N i x u s famule tædis Nepthalimus arctis,  
 Is patris Isacida filius alter erat.  
 Cuius producti clara de stirpe nepotes  
 Regis Iabini regna superba tenent.  
 Hæc tribus obtinuitq<sub>3</sub> plagas Galileidos ora,  
 Cedriseri tractu quo iuga sunt Libani.  
 Quouè Damascenus ager est: cum cladibus illa  
 A Syrijs belli tempore pressa, tribus.  
 Quæ tandem defensa minis munimine I O V A E:  
 Ut venatorum retia cerua secat.  
 Arumnis exempta suis præconia laudis  
 Concinit, ac summo vota precesq<sub>3</sub> D E O.  
 Ex hac nempe tribu processit Delbora vates  
 Cuius consilio Sisara casus obit.

Liber

L I B E R II.

*Liber quiq; fuit patriatellure Tobias :  
Seruus in Assyria quæ fuit exul humo.*

G A D E T A S E R. 42

GADI & ASERIS, è Silpa Liæ coniugis ancilla, Iacobi filij, ex sera posteritate viros præclaros, & magnanimos producentium, Gen. 30. 46. 49. Familia recensetur Num. 32. Iosu. 1. 2. Reg. 24. 1. Paralip. 29. cap.

È Silpa famula producti Gadus & Aser  
Isacide nati, coniugis, ambo, Lie:  
Quorum præclari celebri de stirpe nepotes  
Digni magnifica laude fuere viri.  
De quibus & nemo palmam victricibus armis  
Portauit victor, vis violenta cadit.  
Iugera quinimò coluerunt fertilis oræ,  
Taurus ubi fumans vomere sulcat humum.  
Eg; priore tribu Thespites ortus & Anna  
Ex alia vates fœmina casta, tribu.

I S A S C H A R E T 43  
Z E B V L O N.

ISASCHARIS & Zebulonis, ex vxore Lia patriarchæ Iacobi filiorum, eorundem nepotibus, & tribubus, terram amœnissimam & fertilem, atq; marina loca, ex successione secutura, relinquentium, Genes. 30. 46. cap. Familia eorundem recensetur Num. 26. cap.

*Isaschar*

*Isaschar, Zabulon fratres, ex coniuge natæ  
 Isacide bini, pectora iuncta tenent.  
 Nam prior ipsa tribus fecundæ iugera terra  
 Possidet, & tribubus climata tuta locat.  
 Tranquilla menti pariter paciꝫ, togatæ  
 Dedita, seruitium, nec iuga ferre negat.  
 Quos Zabulon clara produxit stirpe nepotes  
 Ad mare fluctisonum littora curua tenent.  
 Venales merces exponunt ære paratas,  
 Arcent vicinos qui fera bella mouent.  
 Huius alumnus erat Ionas stirpisꝫ, Propheta,  
 Assyrio referens fata sinistra Duci.*

## IOSEPHVS.

44

IOSEPHI, Iacobi ex coniuge Rachele filij  
 dilectissimi, fratribus inuisi, à DEO nullis peri-  
 culis ac cladibus destituti, à fratribus ex inuidia  
 venditi, in carcere Ægyptiaco detenti, ventura  
 prædicentis, à Rege Pharaone ad summos ho-  
 nores euecti, patrem decrepitum cum tota fami-  
 lia difficilimo tempore frugumꝫ; penuria alen-  
 tis, mortis periculo filijs & fratribus de ossibus  
 suis recondendis mandata relinquentis, Ge-  
 nes. 30. 37. & 39. cap. à capite 41. vsque ad  
 finem.

*Quem peperit Rachel, Iosephus, fœmina con-  
 Isacide patris filius ipse fuit: (iunx,  
 Præ reliquis natis acceptus quiꝫ, parenti:  
 Nec minus inuisus fratribus ille fuit.  
 Præditus*



Preditus ingenij donis & pectore casto,  
 Qui diuinandi notitiaq; valet.  
 Huic DEVS assistit, varijs vitaq; periculis  
 Eripit hunc, semper cuius amore flagrat.  
 Fratribus à prauis sapientia liberat illum,  
 IOVÆ, solatur dum foneaq; cubat.  
 Seruitio pressum tollit, custodit eundem,  
 Cum Dominam torfit, luxuriosus amor:  
 Defectu frugum fama super æthera notum,  
 Reddit, & exhilarat carceris antra tenens.  
 Se fore cognoscit præsaga mente suorum,  
 Alcoremq; patris, magnanimumq; Ducem.  
 Carcere, captiuus Regis Memphitidos oræ  
 Quæ fati extent quæq; futura refert.  
 Regem barbaries quem cepit cruda Ducesq;  
 Instruit in vera cognitione DEI.  
 Ipse pater Pharij regis, seruator & idem,  
 Egypti, cuius Nilus inundat agros.  
 Ornatur bysso, decorantq; monilia collam:  
 Inuehitur curru: conspicendus adest.  
 Obtinet inde locum residens à rege secundum,  
 Ut sex ætatis lustra peracta sua.  
 Conspicuus factus minimè tamen ille superbit:  
 Obseruat Regem, prospicit atq; gregi.  
 Hostibus ignoscit tribuens alimenta parenti,  
 Et fratres ditat, suggerit atq; cibos.  
 Hic Ecclesiola coniunxit regna Canopi:  
 Gentis & Isacidae gloria lausq; tribus.  
 Inter latrones typus est, in carcere CHRISTI.  
 Mox

*Mox in honore pari tollit ad astra caput.  
 Fratribus & natis moriturus iussa relinquit,  
 Qualiter exuias, corpus & ossa locent:  
 Quae typicus Moses Aegypti transtulit oris:  
 Tumbis maiorum Iosua ritè locat.  
 Illius exorti Samaritæ stemma Reges:  
 Sceptra superba simul qui tenuere manus.*

## B E N I A M I N .

45

**BENIAMINIS** Jacobi minimi natu filij, in Cananæa oriundi, moriente matre Rachele enixi, loco obsidis, cum ingenti dolore patris in Aegyptum missi, Genes. 35. cap.

**BENIAMIN** Isacide natus quem protulit uxor:  
 Præ reliquis, natu, fratribus, ipse minor.  
 Nam satus haud Syrie, potius Cananitide terra,  
 Enixu cuius foemina mater obit.  
 Obses ad effuso stagnantem flumine Nilum,  
 Mittitur, & mæsti causa doloris adest.  
 Ut pater hunc mittat spondet natusq; Rubenus:  
 Fratri se Iudas obligat ipse suo.  
 Illicitas propter flammæ & supra nefanda  
 Eius posteritas concidit atq; perit.  
 Cum distracta foret tandem depulsaq; regno,  
 Hec haeret Iudæ, cuiq; subacta fuit.  
 Et iuxta leges diuinas vixit honestè,  
 Maiorum fecit ceu veneranda cohors.  
 Hospitio, Samuel fuit hac exceptus, amico,  
 Helchi-

*Helchiades vates IANNE paterq; tuus.  
Ex hac nempe tribu princeps productus Ehudus,  
Saulus & Hebraeus, regia sceptrum tenens.  
Et Mardachaius praefectus Regis & aulae  
Assyriae, PAVLVS Doctor & eximius.*

## MANASSE S.

46

MANASSIS ex Asenetha, Ægyptia coniuge filij Iosephi, ab auo paterno ius priorum filiorum ex adoptione acquirentis, eiusdemq; dispositione legitimam hæreditatem sortientis, Genes. 41. 48. Eius posterum Num. 26. capite recensentur.

*Iosephi coniunx quem protulit ipse Manasses  
Filius, Ephraimo creditur esse prior.  
Fratre sed inferior longè si nomina spectes,  
Ast ab auo iuris redditur inde capax.  
Heres efficitur natorum stirpeq; Leui  
Ex auctorata, iura Iosephe tenes.  
Posteritas terris felix fuit ipsa Manassis:  
Appetit egregia scandere laudis iter.  
Munificas tunc propter opes, ac nobile stemma  
Turgida, ventosa mox ea mente scatet.  
Posthabito cultu tribus hæc & religione  
Impia fit, duro pressaq; seruitio.  
Hac sedem stabilem tenuit Samuelq; Ramathe,  
Vares in Dothana Saphatidesq; pius.*

## EPHRAIMVS.

47

E

Ephraimi

EPHRAIMI Iosephi alterius filij, ab auo primogenita sibi vendicatis, præter Iudam inter reliquos fratres spectatissimi ac florentissimi, honore ac magnificentia elati, potentia & excellentia imperij præditi, Genes. 41. 48. cap.

*E*phraimus casti Iosephi filius alter

*Id primogenitum ius sibi traxit auo.*

*Ipsè pater quamuis verbis & voce resistit,*

*Absq; tamen Iuda, nemo priorq; fuit.*

*Imperij multos superat splendore coruscans:*

*Maiorum virtus fama; clara viget.*

*Impatiens ast seruitij, sortisq; malignæ,*

*Quod tulit Ægypti finibus illa tribus.*

*Viribus hinc proprijs tentat iuga rumpere terra.*

*Promissæq; petit climata, vimq; parat.*

*Ast postquam gliscunt rigidi certamina Martis*

*Auersante D E O, concidit ipsa cohors.*

*Sternitur & dubio versans discrimine belli,*

*Abreptis spolijs nulla trophæa locans.*

*Temporis hinc Iephthæ progressu se Gideoni*

*Opponit Ducibus: Mars mouet arma ferox.*

*Constituit demum regnum Samaritidos ora,*

*In quo tunc leges, iusta statuta vigent:*

*Ut nulli par esse queat, moderamina spectes*

*Si disciplinam cum pietate grauem.*

*Desciuit tandem mutata religione,*

*A vero cultu cum tribubusq; nouem.*

*Ut sacer ast iterum cultus reparetur eodem:*

*Eximij vates hæc loca trita petunt.*

*Thespites*

*Thespites docuit viginti circiter annos:*

*Saphatides septem bis quoq; lustra docet.*

*Hic octoginta Beërtes dogmata sparsit*

*Annos, de veri notitiâq; DEI. (phetas,*

*Sperneret hos tandem cum maxima turba Pro-*

*Reges mox illis insidiasq; struunt.*

*Assyriq; Duces euertunt climata regni,*

*Rex ac nobilitas tollitur atq; cohors.*

*Abripitur prorsus, vinculis constringitur, ultra*

*Euphratem tumidum, qui loca culta rigat.*

*Nullus in exilio vates ea climata lustrat*

*Emissus, VERBI non ibi dogma viget.*

## THAMAR.

48

THAMARIS, mulieris ex Cananæa ori-  
undæ defunctis binis maritis, in ædibus pater-  
nas absq; prole remissæ, tertio Iudæ filio de-  
sponsatæ, Iudam socerum, prolis cupiditate cir-  
cumuenientis, ignaro eoq; inscio gemellos pa-  
rientis, Genes. 38. cap.

*IN patrias ædes transmittitur ipsa maritis*

*Defunctis binis mox Cananæa Thamar:*

*Tertius hic donec Iudæ succresceret hæres,*

*(Expers cum thalamo fœmina prolis erat.)*

*At socerum, quamvis promissi non memor esset,*

*Decipit, ingenio, fœmineoq; dolo:*

*Non propter Samiam Venerẽ, nec facta nefanda*

*Spe sobolis, prægnans extitit illa, magis.*

*Rumor ut innotuit, quod sit fœcunda, flagrante*

E 2

Ignaro,

Ignaro, Iudas condolet atq; fremit :  
 Constituit pœnas, quo flammis membra crementur  
 Donec fit tanti criminis ipse reus.  
 Conuictus signis certis scelus inde fatetur  
 Accusans sese, soluitur ipsa nurus.  
 Mensibus exactis certis parit inde gemellos :  
 Est auie CHRISTI connumeranda loco.

## PERES.

49

PERIS, filij patriarchæ Iudæ è Thamaræ Za-  
 ræ, fratri in alio materna primatum eripientis,  
 integritate morum & donis ingenij præclaris  
 præditi, filium Esromum, cuius in Genealogia  
 CHRISTI fit mentio, producentis, Genes. 38.  
 46. cap. Num. 26. capite. Ruth 4. cap.

E Thamaræ, Peres, fratrem præuenit, Iudæ  
 Filius hic Zoram, nascitur atq; prior.  
 Ex signis matrum, quæ parturientibus adsunt :  
 Ac primogenitus creditur esse patris.  
 Integritate fuit tanta quoq; præditus ipse,  
 Ingenij tanta dexteritate simul :  
 Ut si coniugibus, sociali fœdere iunctis,  
 Optaret quondam, prospera, posteritas.  
 Hic domus est Peris voto præmissa recepto  
 Prosperitas, tristi quæ sine clade fuit.  
 Illius Esromus productus semine natus:  
 Pronepos Aminadab vir pietate grauis.  
 Ac nepos Aramus cuius fit mentio CHRISTI  
 Progenie celebri, vaticiniq; senis.

POTI-

## POTIPHAR.

POTIPHARI ex Ægypto oriundi Regis Pharaonis ministri primarij, ab Ismaëliticis māgonibus Iosephum e mentis, eidem explorata solertia & fidelitate, rem œconomicam committentis, eundem ab vxore maleuola falso crimine accusatum, in carcerem detrudentis, tandem cum vxore, DEO vindice, lasciuix pœnas dantis, Genes. 37. & 39. cap.

*Regis præcipuus Pharij fidusq; minister:*

*Aule præfectus Potiphar ipse fuit.*

*Iosephum vasro fratrum qui venditus astu,*

*Ædibus hunc emtum præficit ille suis.*

*Quamuis, Iosephi, locuples auctusq; fuisset*

*Diuitijs, cura, fertilitate soli:*

*Hic tamē haud præter panem mercedis habebat,*

*Seruis spectatae qui probitatis erat.*

*Arguit hunc stupri, sed falso, callida coniunx,*

*Abstrusi donec carceris antra subit.*

*Regius ast tandem præfectus: Fœmina fallax*

*Hec malefacta luit, dum DEV S ultor erat.*

*Insidias contra Iosephum nanq; tuetur:*

*Fraus manifesta patet, tutus & ipse manet.*

## PHARAOPIVS. 51

PHARAO NIS Regis Ægyptiaci potentissimi nullum somniorum interpretem inuestigantis, inter Magos, Iosephum annos tredecim in carcere detentum, verum eorundem coniecto-

rem liberantis, eundemque summis honoribus  
afficientis, moderamen omnium prouinciarum,  
in regali territorio, sibi committentis, eidemque  
summi sacerdotis filiam matrimonio elocantis,  
Genes. 39. 40. 41. 45. 46. & 47. cap.

*Somnia cum nemo Pharaoni deuia posset  
Enarrare Magus, nocte reposta sibi,  
Carcere Iosephum detentum liberat atro,  
Annos quo tredecim cladibus actus erat.  
Disserit ut sapiens summos extollit honores,  
Huius consilij verba diserta probat. (ceps:  
Huic quoque magnanimus decernit premia prin-  
caltorem mundi nominat atque patrem:  
Euehit: ut validas regni moderetur habenas,  
Huic mystis summi filia iuncta thoro.  
Pendens consilij Iosephi sceptrum gubernat,  
Propagans VERBI iusta statuta sacri.  
Ritibusque sacris qui presunt collocat ipse  
Expendens reditus, pro pietate, pares.  
Vicinos populos sustentat, suggerit ipsis  
Pabula, dum rodit viscera dira fames.  
Iugera culta soli peregrinis diuidit ultrò:  
Est hospes catus munificusque sacri.  
Utitur idcirco Doctoribus ipse duobus,  
Iosepho, princeps, Isacidaque patre.  
Pectoris illius miratur præsencia facta:  
Hunc amplexatur prosper ut ipse fuit.  
Comprobat hinc demum terris seu climate mundi  
Nil sibi doctrina charius esse sacra.*

PHARAO



## PHARAO IMPIVS. 55

PHARAO NIS Cenchris, Regis Ægyptiaci, perspecta potentia Israelitarum, eosdem extirpare cogitantis, intolerabili seruitutis iugo coercentis, ex prodigijs, & oraculis diuinis haud resipiscentis, populum Israeliticum, mandato DEI ultra 600. armatorum millia fugientē, cum exercitu valido insequentis, in mari Eri-thræo cum omnibus copijs à fluctibus tumidis immerfi, & miserabiliter, nullo milite superstite extincti. Historia eiusdem luculenter descripta à primo capite Exodi vsq; ad 14. caput extat.

*Cum tribus Isacida, Pharao qui sceptrâ Canopi  
Obtinet, & vires conspiceretq; decus:*

*Dum veritusq; minas distraclæ mentis, ut osor*

*Constituit totam perdere Marte tribum,*

*Tentatus varijs technis, spe luditur ipsa,*

*Nititur ac frustra, nec valere mine.*

*Matribus & mandat quæ parturientibus astant,*

*Mascula quò proles funere mersa cubet.*

*Cumq; recusarent pueris abrumperè vitam,*

*Hos mergi iussit vortice Nile tuo.*

*Oppressit populum tam dura mole grauatum*

*Carceribus, vinclis, verberibusq; domat.*

*Admonitus varijs portentis seuior ipse*

*Existit rapidus, signa nec vlla timet.*

*Cum verò turbam vexatam clade cruenta*

*Ereptam cuperet Io v. A grauiq; ingo.*

E 4

Merci-

*Mercibus & pariter mutatis atq; metallis  
 Gentis Pellæ, vertere terga iubet.  
 Hanc sequitur Pharao stipatus milite multo  
 Vindictæ cupida cumq; cohorte, ferox:  
 Ingrediens velox rubri vada cœrula Ponti  
 Quod tribus resluens præbuit inde viam.  
 Fluctibus æquoreis sed rex immergitur ipse  
 Et perit illius copia tota mari.  
 Ac sacer euasit populus resluentibus undis  
 Ueliuoli Ponti, tutus ab hoste manens.*

## SIPHRA ET

P V A.

53

SIPHRÆ & PVÆ, obstetricum fœminarum optimarum, infantes Hebræos in lucem æditos contra Regis edictum interimere recusantium, mandatum DEI magis quam Regis pertimescentium, suam excusationem coram Rege, habita oratione, laude digna, probantium, Exodi i. capite.

*M*atrone binæ quæ parturientibus adsunt  
 Edictum Regis nec violare pauent.  
 Cum mandat pueros Ebræos tollere ferro  
 Enixu matrū Rexq; Tyrannus atrox. (mescūt  
 Sed magis astrigerunt IOVAM, Pua, Siphra ti-  
 Quam regem Pharium, sit licet ense ferox.  
 Ipsum decipiunt verbis simulantq; relatis,  
 Excusant sese, ne dare damna queat,  
 Ergò defendit DEVS has à fraude Tyranni  
 Matro-

*Matronas castas tam celebresq; nurus:  
Auxit diuitias ipsarum deniq; largas  
Felix ac harum creta propago fuit.*

## A M R A M V S.

A M R A M I, filij Caathi, amitam suam Iochebedam matrimonio sibi copulantis, ex eadem filios Aaronem & Mosen procreantis, regiae seruitutis iugo oppressi filium Mosen, à matre absconditum, contra edictum Regis cælare non ultra occasionem habentis, eundem filiae ad exponendum committentis, Exodi 2. 6. cap. Num. 3. 26. cap.

*Amramus natus Caathi nepos ipseq; Leui  
Iochebedam ducit, su sibi iuncta thoro.  
Ex qua fatidicus Moses Aaronq; sacerdos  
Nati procreti, pignora chara patris.  
Opprimitur Regis duro cum ciuibus ipse  
Seruitio, (terris nec sine clade fuit.)  
Haud natum potuit Mosen cælare bimestrem  
Ulterius mater, quamq; latere cupit.  
Tradidit astit Marie natæ quò sedula blandum  
Infantem seruet, tutus & ipse cubet.  
Illa sed hunc tereti fiscella clausit, eandem  
Illyrica rimas & pice virgo linit.  
Blandulus hinc Moses forma speciosus & infans  
Expositus ripis, aduena Nile, tuis.  
Tempore quoñe loco spaciatur filia Regis:  
Expetit euentum virgo Maria, procul.*

E 5

Mox

*Mox ubi percepit vagitus regia virgo,  
Undis extrahitur paruulus ille puer:  
Utitur officio Mariae, committit & inde  
Matri, quò natum nutriat ipsa suum.  
Ex undis nomen Moses sortitur in aula  
Et Phariae, natus creditur esse, nurus.*

AMINADABVS, 55

AMINADABI Peris pronepotis profapia nobiliori domus Iudæ, & affinitate tribus Leui celeberrimi Aarons Amramidæ sacerdoti, filiam suam Elisebam connubio elocantis, Exodi 6. ca. 1. Paralip. 2. cap. Ruth. 4. cap.

*Acceptus, Peris pronepos fuit Aminadabus,  
Procretus Iudæ nobiliore domo.  
Insignes titulos generosaq; stemmata tractat,  
Ex celebri Leui stirpe satusq; domo.  
Amramida siquidem sociali foedere iunxit  
Elisebam natam, connubioq; dicat.  
Inter eos igitur generis splendore supremus  
Est habitus, quorum stemma decusq; viger.*

NAASSON. 56

NAASSONIS Aminadabi filij, Aarons sacerdoti affinitate coniuncti in Eremito Sinaica ad consecrationem tabernaculi, dona offerentis, in finibus Moabitarum pulcherrimas & selectiores quasque virgines prostituentis, nec populum à stupris vt abstineret, dehortantis & auertentis, poena

poena diuina in crucem adacti, Exodi 6. cap. Nu.  
1. 2. 7. & 10. cap.

*Affinis, Dux, Aronis, tribuumq; Naasson  
Electus IOVA, filius Aminadab.*

*Obtulit in Sine lapidoso vertice montis  
Munera, quae promptus dedicat ipse sacris.*

*Inq; magistratu vir solers, praefuit annos  
Et quadraginta, ceteribus ipse pijs.*

*Ast Moabitarum, regem quis nempe Balachum  
Finibus irritat perniciofa Venus:*

*Instinctu vatis Bileami stuprat honestas  
Qui Nymphas, roseus dum pudor ora tenet.*

*Ipse nec a sacris purus discessit iniquis,  
Sed pater Ideus decipit atq; Venus.*

*Detinet haud populum monitis ne Cypria virgo  
Polluat illiciti fulcra recepta thori.*

*Ergo cum Ducibus, postquam sententia lata  
A IOVA, tristi figitur ipse cruci.*

*Illius e Salmon natus (dum Iosua princeps  
Explorator erat, sceptrum superba tenet.)*

*Hospita cui Rachab thalamo connexa iugali:  
Adstitit his tedis connubialis Hymen.*

## I E T R O.

57

**IETRONIS** Reguelis Midianitarum Sacerdo-  
tis religiosi Mosen exilio degentē grato hospicio  
suscipientis, perspectaq; ingenij solertia & praes-  
tantia, eidem filiam honesto matrimonio iun-  
gentis

gentis, Mose in Ægypto vocato, filiã humaniter recipientis, genero dilecto, pro felici gubernatione, & pro electione sapientum virorum vtile & salutare consilium impertientis, Exodi 2. 3. & 18. cap.

*Hospitio Mosen Ietro suscepit amico  
 Verbipotens, Mystes dum vagus exul erat.  
 Illius ut mitis pietas & cognita virtus,  
 Iungitur huic socio Zipora nata thoro.  
 Legifer aſt Moseſ reuocatus regna Canopi  
 Mox repetit: Natam suscipit inde socer.  
 Ad generum postquam coniunx deducta fuisset  
 Amplexu placido colla manusq; fouet.  
 Offert ac holocausta DEO moderamen ut illud  
 Sit felix, mentem consilioq; regat.  
 Prospicit, ut iungat sapientes atq; probatos  
 Quosq; viros, quorum pectora fraude carent.  
 Quo melius posset placidus perferre labores:  
 Imperij molem prospiciendo grauem.  
 Cuius tunc monitis Moseſ obtemperat acer,  
 Atq; magistratus hic creat inde nouos.  
 Ordine distribuit mox publica munera solers,  
 In classes populum diuidit atq; suum.  
 Ut melius turbam posset moderarier ipsam  
 Rebus priuatis consuleretq; magis.*

## Z I P O R A.

58

ZIPORÆ filiæ Ietronis, marito suo Moyſi, viro religioso, & prophetæ eximio aduersantis, natum

natum sibi enixum circumcidere recusantis, ac  
mandatum diuinum nihili facientis, maritum ob  
id deserentis, Mose ex Ægypto spolijs onusto re-  
deunte tandem cum ipso patris autoritate inter-  
cedente reconciliatæ, Exodi 2. & 4. cap.

*Signiferi Mosis coniunx & fœmina mollis  
Ietronis mystæ Zipora nata fuit.*

*Ob cultum fictum patriæ Io v. Æ. q. suprenso  
Aduersatur atrox hæc socioq. viro.*

*Noluit hinc natam sibi circumcidere prolem  
Nec curat summi fixa statuta DEI.*

*Ergo tardaret discessum quando mariti:  
Occurrit Mosei nuntius ille DEI.*

*Hospitium repetens minitatur perdere ferro,  
Iussa quod effecit coniugis ipse sue.*

*Zipora sed coniunx presenti territa clade  
Ut soboles tandem sit recutita petit.*

*At propter legis sanctæ mox nupta rigorem  
Deserit hunc repetens limina nota patris.*

*Præterea Moses retulit de plebe triumphos  
Ægypto rediens, rura propinqua petens.*

*Cum natis uxor mox est deducta duobus  
Iungitur atq. viro, ceu pater ipse iubet.*

## O B A B V S.

59

O B A B I Cinei filij Sacerdotis Ietronis cum  
Mose affine per deserta proficiscentis, cumq. abi-  
tionem moliretur Moses, eundem magnis stipu-  
lationibus in tam longinquo & difficilimo itine-  
re retrahentis, Num. 10. cap. Iud. 1. 4.

*Nomi-*

*Nomine præcellens Ietronis natus Obabus  
 Cui Moses iunctus per loca vasta subit.  
 Quem retinet blandis verbis molitur abire  
 Ut Moses, stipulans munera blanda manu.  
 Adibus hic ergo proprijs ac gente relicta  
 Mox sequitur populum per loca plana DEI.  
 Gnarus & hic hominum multorum præfuit illi  
 Saxosam terit ut sedulus ipse viam.  
 Huius erat celebri de stemmate cretus Heberus  
 Cuius erat thalamo foemina iuncta Iabel.  
 Sisara qua, valido clauo per tempora fixo  
 Occidit, ut somnus languida membra fouet.  
 Traxit ab hoc stirpem populus Cineus, Obabus,  
 Posteritas Saulis robore tuta fuit. (tas  
 Cum mandante DEO clam perderet Amelechi-  
 Seruitio duro ductus ab Assyrijs.  
 Cum tribubusq; decem pariter depellitur exul  
 Ut Bileamus ei talia fata refert.*

## M O S E S.

60

*Mosis infantis speciosi, in ripa Nili stagnantis reperti, & à filia regis Pharaonis, educati, in aula regia delicatè & splendidè enutriti, prodigia inuisitata in Ægypto edentis, cum DEO familiariter colloquentis, legem sanctam promulgantis, in terram promissam non venientis, sed situm eiusdem regionis conspicientis, in monte Nebo sublatis, à DEO humati, annos centum viginti excedentis, Exodi 2. 3. 6. 12. 14. 17. 20. Deutero. 34. cap.*

*Expositus*



EXpositus Nili ripis septemplicis infans  
 Moses abreptus, prospiciente DEO.  
 Qui Ioachimus erat dictus, cognomen id autem  
 Indidit huic regis filia pulcra Phari.  
 Nutritur lautè sublimi regis in aula  
 Instructus Sophia fusce Canope tua.  
 Illustris celebrisq; fuit, dum limine Regis  
 Versatur Pharij, vir pietate grauis.  
 Maluit aerumnas in cætu ferre sacro,  
 Quàm cum peccato diuitijsq; frui.  
 Liberet ut populum reuocatus rure propinquo,  
 Finibus Egypti signa stupenda facit.  
 Cum Dux ille fuit, montes ceu flumina IOVA  
 Stare iubet, paret fluctus & vnda Duci.  
 Et populum sequitur rubri per flumina Ponti,  
 Ac instar plumbi mersit in ima Ducem.  
 Seditio fuit clamosa motus Eremo  
 His sibi qui noti limina quicq; tenent.  
 Obrutus & saxis vulgi, ni IOVA fuisset  
 Defensor, tandem liber ab hoste manet.  
 Ut populus saluus sit, sanctus codice vitæ  
 Expungi, verbis comprobat ipse, cupit.  
 Inde nouis signis Numen testatur adesse:  
 Cum Genitore DEO, colloquiturq; frequens.  
 In Sina primum quoq; culmine montis Orebi  
 Corpore sed fragili pluribus inq; locis.  
 Cœlesti facie sermones Thabore monte  
 Confert cum CHRISTO conspicuusq; fuit.  
 Exigit à populo censum: Legesq; receptas  
 Obtulit,

Obtulit, & ritus non sine laude, docet.  
 Formam iudicij statuit: moderamine messes  
 Et quadraginta, fungitur ipse suo.  
 Lustrat is haud terræ promissæ iugera culta  
 (Lege velut nemo sidera celsa petit.)  
 Sed positum tantum Cananæ vidit amœnum  
 Terræ, quam monstrat culmine IOVÆ, procul.  
 Vertice quo Nebi montis sublatus in auras:  
 Quemq; sepulture tradidit ipse DEVS.  
 Vir fuit hic micis, terris & clade refertus  
 Ut tenet imperij, tradita frena, sui.  
 Carus & ipse DEO, gratus mortalibus idem.  
 Presentem IOVAM nemo magisq; videt.  
 Munere vaticinico CHRISTVM demonstrat a-  
 In proprio necis est ultor & ipse grauis. (pertè  
 Annos, ac centum, viginti, vixit in orbe,  
 Scit nemo quo sit tumba reposta loco.

## POPVLVS IN

MARI.

61

POPVLI Israëlitici, intolerabili penè serui-  
 tutis iugo ab Ægyptijs pressi, à Pharaone, haud  
 prodigijs ac insolitis plagis commoto vi extrusi,  
 eiusdem tyrannidem expauescentis, in angustijs  
 & hostilibus minis quiritantis, Mosen ducem  
 suum accusantis, miraculosè tandem tyranno in-  
 sequente, siccato alueo, per mare rubrum trans-  
 euntis, Rege cum sexcentis curribus, quinquagies  
 mille equitibus, & ducentis millibus pedi-  
 tum, in refluxu Ponti, immerso, & à fluctibus  
 obruto,

obruo, victoriam præsidio filij DEI, ex debellatis hostibus, obtinentis, & triumphantis. Historia à primo capite Exodi, vsque ad 14. caput luculenter descripta.

*I*scidum depressa iugo gens inclyta duro,  
 Finibus Egypti tristia cuncta ferens:  
 Seruitium patitur gens duri plena laboris,  
 Seruitus haud illi durior vlla fuit.  
 Territus ipse decem plagis, signisq; stupendis  
 Rex Pharaos genti libera frena negat.  
 Expulit hanc tandem: Populus fit carcere liber,  
 Dives & existit fulua metalla parans.  
 Ciuibus Egypti quæ mutat, præmia cælo  
 Accipit, ast hostes talia cuncta negant.  
 Fert agrè Pharaos, crudeli percitus ira:  
 Insequitur gentem, perdere Marte parat.  
 Hostis erat tergo, montes ex parte supini:  
 Fronte fuit rubri fluctus & vnda maris.  
 Arumnis igitur tantis ac cladibus atris,  
 Deplorat populus tristia fata miser.  
 Accusatq; ducem Mosen: qui pectore forti  
 Illos solatur, prospera quæq; refert.  
 Numine diuino fretus, promittit eidem  
 Euentum letum: Nunciat acta DEI.  
 Isacidum castris, noctu Pharyq; Canopi,  
 Filius excubias egit in axe DEI.  
 Emicat ut cælo motis Palantias astris,  
 Alueus arescit spumens ecce maris.  
 Incolumem populum traducit, vortice sicco,

F

Cum

*Cum natis charis coniugibusq; pijs.  
 Percitus irarum stimulis ( dum Rex furiosus  
 Sexcentis sequitur curribus, illa videt )  
 Pugnaces equitum turma, peditumq; cateruæ  
 Adstant procinctu, nil valere mine.  
 Curribus ipse rotas detraxit: Mersit in undas  
 Oceani turmas Natus in axe DEI.  
 Nil Bellona furens effecit, nilq; phalanges,  
 Demersus Pharao tartara nigra petit.  
 Inuehitur curru celebres imitante triumphos,  
 Gens ex Isaaco, leta trophæa ferens.*

## M A R I A.

62

M A R I Æ Amrami filia, sororis Moſis, ac  
 prophetiſſæ, Pharaone rege ſubmerſo, cum a-  
 lijs fœminis ac matronis, ſiccato alueo Eri-  
 thræi maris euasit, Epinicion concinentis, pro-  
 pter inſolentia verba erga fratrem lepra infe-  
 ctæ, iterumq; valetudini priori reſtitutæ, prope  
 urbem Cades expirantis, in Eremo Sinaica ſe-  
 pultæ, anno ætatis ſuæ centefimo vigefimo ſex-  
 to, Exodi 6. 15. cap. Num. 26. cap.

*Fœmina, vaticini Moſis ſoror ipſa Maria  
 Et patris Amrami filia cara fuit.*

*Hæc cum matronis depromſit cantica IOVÆ  
 In rubro Ponto Rex ubi merſus erat.*

*Uxorem propter fratris, dum voce reſiſtit,  
 Ipſa ſuperba nimis læſerat axe DEVM.*

*Mox infecta fuit mulier prurigine lepræ,*

*Ergo*

*Ergo dies septem foemina sola cubat.  
 Ast precibus fratris discessit corpore lepra,  
 Pristinus atq; vigor candida membra fouet.  
 Urbis & ipsa Cades propè moenia functa quiescit,  
 In Sine montis vertice membra cubant.  
 Elapsus fuerat cum quadragesimus annus,  
 Egressus populi per vada sicca maris.  
 Annos ac centum, viginti si super addis,  
 Est sex aetatis vixit, ab orbe migrans.*

## AARON.

63

AARONIS, filij Amrami, summi pontificis,  
 fratris Moyfi, viri eloquentia singulari praediti,  
 coram Rege Aegyptiaco prima prodigia exhibentis:  
 Sacerdotium continuum cum sua pro-  
 sapia obtinentis, in absentia Moyfi, vitulum ex  
 auro conflantis ac erigentis, cultu idolatrico  
 DEVM grauius offendentis, precibus fraternis  
 gratiam consequentis, in itinere e viuis ex-  
 dentis, anno aetatis centesimo vigesimo primo.  
 Exodi. 6. 4. 7. 19. 24. 23. 29, Leuit. 8. 9. Num.  
 20. capite.

*Legiferi Mosis frater dilectus Aaron  
 Aegypti coram rege stupenda facit.  
 Hic cum progenie Mystes fuit atq; Sacerdos  
 Summus, perpetuo munus idemq; gerit.  
 Cum deleta foret stirps haec & factio praua:  
 Arida quae fuerat pinea virga viret.  
 Quo confirmatur signo successio felix,*

F 2

Hic

*Hic vir vestitu conspicuusq; fuit.*  
*Et quo splendor nulla quis gente repertus :*  
*Attalicas superat vestis & eius opes.*  
*Sepius hic fratri verbisq; minisq; resistit :*  
*Perspicit à natis talia facta pater.*  
*Absens ut frater vitulum conflatq; metallo*  
*Applausu populi , numina ficta colens.*  
*Hanc propter causam mox extinctusq; fuisse,*  
*Et ni placatus fratre precante foret.*  
*Et Cananeorum conspexit iugera culta*  
*Nimbisono versans culmine montis Hore.*  
*Annos explevit centum , vigesimus adsit*  
*Si primus , moritur quando viator erat.*

## NADABVS ET

ABIVS.

64

NADABI & Abij, Aaronis summi sacerdotis, filiorum natu maiorum, religionis curam exactam habentium, maiestatem & splendorem DEI in nube cœrulea conspicientium, posthabitis officijs, & autoritate parentum, legem auitam minus curantium, propter interdictum ignē, cœlitus immissa flamma subito extinctorum, Exodi 6. 24. 28. cap. Leuit. 10. cap. Num. 3. & 26. cap.

*Aaronis natus Nadabus, frater Abibus,*  
*(Prava patris soboles) ambitione scatet.*  
*Copia nulla deest illi, quam functio postulat*  
*Mystica, cultus & his traditus omnis erat.*  
*His*

His conspecta fuit maiestas nube serena  
 Ipsa DEI, clara luce videnda micans.  
 Essent ut senibus coniuncti septuaginta  
 Illis ut res nec, vox super axe DEI.  
 Muneris obliti tandem pietatis & almae,  
 Et IOVÆ spernunt munia sancta patris.  
 Ac contrà posita per scripta volumina legis,  
 Usurpant munus non sibi conueniens.  
 Inflatu fastu, veritas accendere flammam  
 Audent ac violant iussa verenda DEI.  
 Igne repentino demisso cœlitus ipsi  
 Mox absumuntur, nec nepos ullus adest.  
 Extat ut haud proles exusta cadauera castris  
 Iacta fuere patri dedecorig; pio.  
 Interdictus erat fratri mœrorq; parenti:  
 Sic statuit pœnas Numinis ira sacri.

## E L E A Z A R.

65

ELEAZARIS, Aaronis summi sacerdotis  
 filij, in ordinem Leuiticum primarium electi,  
 cultum diuinum accuratè inuestigatis, eundem-  
 que constanter defendentis, cum Mose & Iosua,  
 saluberrimas quasq; res administrantis, ad sacer-  
 dotium à DEO vocati & electi, patris conse-  
 cratione, in Gabaath ex corporis ergastulo li-  
 berati, Exodi 6. 28. cap. Leuit. 10. Num. 3. 16.  
 20. 26. 27. 31. 32. 34. Iosua. 14. 19. & 21. cap.

Eleazar proles Aronis tertia myste  
 Mascula, digna fuit lausq; decusq; patris.

F 3

Nam

*Nam Leuitarum dux ipse ducumq̄, creatur  
 Agnoscens cultum præ reliquisq̄ DEI.  
 A patre perceptum patruiq̄, favore relatam  
 Afferit hic natus, dum sibi vita manet.  
 Cum res præcipuas Moses & Iosua gessit,  
 His similes iunctus res pariterq̄, gerit.  
 In tam difficili moderamine frena recepit,  
 Expers hæc labis prosperitate regit.  
 Plura tulit bello, deserto, plura pericla  
 Cum repetit census, regnaq̄, distribuit.  
 Ipse Sacerdotis decoratur munere Io v Æ  
 Ex iussu: Patruus consecrat idq̄, pins.  
 In Gabaath mutat vitam cum morte, sepultus  
 Anatis, custos dogmatis ipse sacri.*

## PINEHAS.

66

Pineæ, Eleazaris filij, nepotis Aaronis, patris  
 auiq̄; vestigijs insistentis, zelo & alijs virtutibus  
 præditi, Zambrium ducem, ethnicas mulieres  
 vitiantis, telo proprio interficientis, insignibus  
 sacerdotij cum nepotibus suis decorati, Midia-  
 nitas clade interneciuâ populantis, reges quinq̄;  
 manu armata superantis. Numer. 25. 31. cap. Ios.  
 22. 24. Iud. 20. cap.

*Utr prudens Pineas proles Eleazaris alma  
 Sectator morum patris auiq̄, fuit.  
 Principis hic lateri capulo tenuis abdidit enses,  
 Qui Simeonis erat creta propago tribus.*

*Quem*



Quem truculenta Venus decepit quemq; libido,  
 Gentiles stuprat foedus ut ipse nurus.  
 Percitus est cestro, minus haud peccavit & ipse,  
 Telum torsit is haud displicuitq; DEO.  
 Occidit ferro petulantes atq; rebelles,  
 Amotis poenis conciliatq; DEVM.  
 Factum praeterea iuvenes seclantur, & huius  
 Quatuor atq; decem millia Marte necant.  
 Per fora, per vicos rapit impetuosa libido,  
 Quam turbam fallit delitiosa Venus.  
 Amula posteritas insignia mystica iure  
 Acquirat, Mystes ipseq; legitimus.  
 Belliger emissus Dux contra Midianitas;  
 Inuertit culti iugera leta soli.  
 Incendit populans flammis crepitantibus agros;  
 Regum quinq; potens victor & ipse fuit.  
 Ad sociasq; tribus legatus mittitur acer,  
 Hic trans Iordanis flumina lata vagi.  
 Ac aram propter bene sentit, quae modo iuxta  
 Ripam structa fuit, fortiter idq; facit.  
 Persoluit grates caeli super axe sedenti,  
 Qui mare, qui terras, sidera quiq; regit.

## BILEAMVS.

67

BILEAMI ex Syria oriundi, Bæoris filij,  
 Sacerdotis religiosi, & Prophetæ celeberrimi,  
 in itinere ab angelo remorati, asino vocem ho-  
 minis emittente, de Messia promisso vaticinan-  
 tis, Regem moribus ferocem ex mercede iniqua

F 4

sibi

sibi familiarem reddentis, idolatria, ac vetita libidine propter regem DEVM offendentis, in seditione impij populi occisi, Num. 21. 22. 23. & 24. cap.

*N* Achorea vates Bileamus, stirpe vetusta  
 Procretus, natus Bæoris ipse fuit.  
*T*hariade fugerent quo tempore, libera turba,  
 Regis seruitio pressa iugoq; Phari:  
*A* Moabitarum Balachoritè voueret  
 Isacidam turbam præmia rege capit.  
*A*ngelus occurrens velox remoratur eundem  
 Ac hominem, bruti vox, modò voce, refert.  
*A*rguit hunc fuerat quod demens pectore falso,  
 Coram nec precio Rege malignus erat.  
*H*ic irritatur verbis cum laesus acerbis  
 Non indignatur, verba sed apta refert.  
*M*essia de venturo quoq; nuncia profert,  
 Gentis & interitum non sine clade notat.  
*B*arbarus ut faueat sibi Rex corruptus iniquo  
 Est precio, tacitis decipiturq; dolis.  
*O*bsequitur Rex huic & mystica sacra profanat:  
 Pronocat Isacidas quosq; libido trahit.  
*E*t sic offensus DEVS est, punitur is autem  
 Occisus populi seditione truci.

## CHORES.

68

*C*HORIS, filij Isuaris, pronepotis Leui, cum Mose & Aarone, de primatu superbè disceptantis, proceres abalienantis, cum factione seditiosa

ditiosa incensum adolentis, populo spectante,  
terra hiatu miserè absorpti, Exod. 6. cap. Num.  
16. 26. cap.

*A*Mbitione Chores deceptus, fraude refertus,  
Acceptus quo sit nititur ipse fauor.

*A*nramida nam cum patruelibus, & quoq; Mose

Hic de primatu sollicitusq; fuit:

*L*itibus hinc motis contendit, fratribus ipse

Derogat & xires robur usq; negat.

*D*eflectens proceres synodi, contraria verbis

Ut referant illis dissona quæq; probans.

*A*st legislator Moses inflectere mentes

Nititur insanas: Nil valere minæ:

*N*il valere preces: Sed cum nil efficit autor,

Commendat causam qui regit astra DEO:

*E*xorat facile quo nomen vindicet illud:

Quod sit honos celebris fama q; nota pijs.

*E*cce Chores haud desistens incensa malignus

Mox adolet presens dum fuit ipsa cohors.

*P*rotinus hunc terra deglutit vasta vorago:

*A*bsumptus viuis, viscera terra tegit.

## DATHAN ET

ABIRON.

69

*D*ATHANIS & Abironis, filiorum Heliabi,  
nepotum Rubeni, contra Mosen cum Chore con-  
spirantium, incensa contra edictum DEI offe-  
rentium, separato prius populo, impetu iræ di-  
uinæ cum vxoribus, liberis & tota familia terræ

F 5

hiatu

hiatu, absorptorum, & ad inferos detrusorum,  
Num 16. 26. Deut. 11. cap.

*H*eliabi nati, fratres Abiramus utriq;  
Ipse Dathan pariter facta maligna patrant.  
Ob primogenitum fastu sunt pectora plena  
Horum namq; patris, nec modus ullus inest.  
Conspirant contra Mosen, tribulesq; ducenti  
Et quinquaginta Mosis erantq; viri.  
Ast oblaturi consensu cumq; fuissent  
Incensum, Moses vota precesq; facit.  
Ne DEVS illorum perlustret sacra supremus  
Precipit, & populo quò loca tuta petat.  
Si velit aut quisquam patrios subisse penates  
Incolumis, linquat castra profana citò.  
Sacrilegis istis quod vindex poena propinquet,  
Segregat hinc populum tutus ut esse queat.  
Obruit hos velox diuini numinis ira:  
Infremuit tellus, vasta vorago patet.  
Ac hos terrifico fratres absorbet hiatu  
Cum natis, seruis, conjugibusq; simul.  
Ex viuis subito sublatis surripiuntur,  
Et Stygij Ditis Tartara caeca petunt.

F I L I V S S E L O M I -  
T H I D I S.

70

SELOMITHIDIS mulieris Hebrææ filij ex  
patre Ægyptio oriundi, contentione mota cum  
Israelita, blasphemias voces in nomen DEI ef-  
fufientis, à Mose ob calumniata in vincula con-  
iecti,

iekti, explorata & concepta sententia à Iudice  
supremo condemnati, & deinceps extra castra  
lapidibus obruti, Leuit. 24. cap.

**C**oniugetur procreta Selomithide natus Ebraea,  
Cui pater Aegypti finibus ortus erat.

Excitat hic lites, & iurgia voce maligna

Blasphemans laedit nomen in axe DEI.

Ad Moſen poſtquam blaſphemia lata fuſſet,  
Carcere concluſus vincula dura tulit.

Explorat Moſes quæ ſit ſententia facti:

Tollat ut hunc medio præcipit ipſe DEVS.

Teſtibus adductis, caſtris educitur ipſis,

Et lapidum dura grandine preſſus obit.

Diſperit iniuſti nomen, ceu nominis huius

Blasphemæ terris, mentio nulla ſubeſt.

Matres quæ natis indulgent turpia facta

Dum parrant, lætus cauſa fuere ſibi.

## POPVLVS IN

## DESERTO.

71

POPVLVS in eremo paſſim oberrantis duci  
ſuo ſæpius ex impatientia reſiſtentis, pluribus  
ob id periculis, ac ærumnis expoſiti, DEVM  
non minus præſentem ac opitulantem ſentientis  
in ſiti & fame potu ac cibo accepto & conueni-  
enti reſecti, quadraginta annis manna nutriti,  
vndis ex ſaxo percuſſo ſcaturientibus reſecti, ex-  
cepto Iofua & Calebo in deſerto clade interne-  
ciua extincti, Exodi 15. 16. 17. 18. & 19. capi.  
&c. Et in Num. lib. hiſtoria deſcripta extat.

Deſerto

DESerti populus per agrās per inhospita tesqua,  
 Sæpius impatiens restitit ipse duci.  
 Arumnis igitur varijs subiectus Eremono,  
 Propitium tamen hic sentit adesse DEVM.  
 Utq̄ sitim posset restinguere fontibus acrem:  
 Quæ nec grata fuit sit modò dulcis aqua.  
 Magna coturnicum datur huic quoq̄ copia plebi,  
 Ut ferit hanc vacui ventris anhela fames.  
 Hanc quadraginta satiauit panibus annis  
 E cœlo, superest nulla querela famis.  
 Percusso saxo latices fluxere liquentes,  
 Ut possint rapidam fonte leuare sitim.  
 Quando veneniferis squalent serpentibus agri:  
 Aspectu colubri mox simulacra fugant.  
 Non sunt attritæ vestes ostroḡq̄ superbae:  
 Calceus haud ruptus, loraḡq̄ fixa manent.  
 Ast Amalechitis rapidis ubi pugnat in armis,  
 Hic precibus Mosi leta trophæa tulit.  
 Pellitur, aggrediens Cananeos Marte furente  
 Hæc ab Idumæis turba repressa fuit.  
 Dementatur & hæc fallax à Midianitis,  
 Indulgens Veneri turpia quæq̄ patrat.  
 Ipse viam sternit per regna Seonis & Oggi  
 Est ferro victus Midianita ferox.  
 Ex tanto numero plebis digressa Canopo  
 Quæ fuerat, passim nemo superstes erat.  
 Iosua dux saltem Iordanis flumina transit,  
 Cui iunctus pariter Duxq̄ Caleb erat.

Horum

*Horum promissis tandem natiq̄ fruuntur  
Ultra Iordanem qui loca culta tenent.*

## ACHANVS.

72

ACHANI Iudæ, è Zara filio abnepotis,  
de anathemate pallium purpurei coloris &  
argenti prædam auferentis, in castris cauernis  
terræ abscondentis, profligatis cohortibus, sor-  
te & furto deprehensi idem confitentis, cum fi-  
lijs, natabus pariter lata sententia eademq̄ con-  
cepta, lapidati, Ios. 7. 22. cap.

*Abnepos, Achanus, Zara prognatus, Iudæ*

*Ex nato: Iericho cum modo capta foret:*

*Pallia surripuit fuluo pertexta metallo*

*Argenti siclos colligit atq̄ rapit:*

*Et quo clam possit talem retinere rapinam*

*In castris fovea, cespite siue tegit.*

*Turmis deuictis, deprenditur atq̄ faterur*

*Furtum sponte sua, fit reus inde necis.*

*Eductus castris, saxorum grandine mersus*

*Cum natis pariter, cum nuribusq̄ simul.*

*Traditur & flammis crepitantibus ipsa supellex*

*Cum præda pecudes, & quoq̄ quicquid opum.*

*Haud aliter siquidem diuini numinis ira*

*Placari potuit, grata nec esse cohors.*

*Agger in Achoria conspectus valle, repostus*

*Saxorum pœna, qui monumenta notet.*

## RAHAB.

73

RACHABÆ

RACHABÆ Hierichuntinæ, Iosuaë exploratores diuersorio excipientis, habitaq; inquisitione, eisdem abscondentis, ne hostibus traderentur, tempore nocturno, per mœnia funibus illos demittentis, direpta vrbe coloris purpurei funiculum suspendentis, Salmoni matrimonio coniunctæ, Iosu. 2. 6. cap. Ebræ. 11. Matthæ. 1. cap.

*Hospita quæ fuerat Jericho nutrita Rahaba,*

*Exploratores excipit hospitio:*

*Iosua quos misit Dux strenuus, hosq; reseruat*

*Dum rex inquit, seruitioq; premit.*

*Hostiles turmas possent euadere tuti,*

*De muro mittit nocte silente viros.*

*Ignari verò directi tramitis ipsi,*

*Instruit ut possint consuluisse fugæ.*

*Urbs ubi capta foret miris & diruta technis,*

*Hospitibus veluti fœmina tale notat.*

*Funis coccineus suspenditur ecce fenestra,*

*Quo meretrix pacti consona verba probat.*

*Hec igitur quod fida fuit, nec fœdera rupit,*

*Seruatur, pariter tuta domusq; manet.*

*Præstanti pietate fuit sociata marito*

*Salmoni, blandus pectora iunxit Hymen.*

G A B A O N I T Æ. 74

GABAONITARVM, ex cladibus & direptione Hierichuntis, & Hai vrbium, territarum, vestibus laceris & calceis attritis, vtribus ruptis, ac panibus situ obductis, in castra Iosuaë,

VI



vt peregrinantes aduenientium, sancitoq; foedere cum populo & Duce, ne occiderentur, sibi prospicientium. Iosu. 9. capite.

**U**Rbibus euersis perculsi Gabaonitæ,  
Iosua Dux quorum, castra cupita petunt.

Vestiu lacero, dissutis calceamentis  
Utres asportant, humor in hisq; meri.

Panibus allatis simulant ac utribus ipsi,  
Adsint quod longe de regione vie.

Fœdere sancito stabili tunc parcitur illis  
Incolumesq; manent, turba licetq; furit.

Non minus ast illi duros subiere labores,  
Undas dum portant, dum quoq; ligna secant.

Vicinos contra reges hos Iosua munit  
Propter pacta, sibi ne nocuisse queant.

## CALEBUS.

75

**CALEBI**, filij Iephonæ viri eximij, ducis strenui ac bellicosi, in Cananæam ablegati, pro relatione, eiusdem fertilitatem & omnium rerum copiam referentis, cum Iosua, reliquis in deserto extinctis, eandem lustrantis, vrbes Gigantum expugnantis, tres eorundem vltici gladio obtruncantis. Num. 13. 14. 26. 34. Iosua 14. cap. 1. Reg. 30. Iud. 1. cap.

**STrenuus** eq; tribu Iudæ Dux ipse Calebus  
Vir pius & vegeto corpore fortis erat.

**N**anq; Gigantæ vires nec corpore fractæ

Illius

Illius haud robur cana senecta premit.  
 Ipse Cananea lustrabat ingera terra:  
 Quod sit ibi rerum copia larga refert.  
 Asserit & contra socios qui credere nollent,  
 Marte quod hac vinci bellipotente queat.  
 Concitat hinc odium plebis lethale maligna,  
 Ut saxis peteret friuola turba Ducem.  
 Hic rata defendit semper promissaq; Iovæ,  
 Et praesens numen sentit adesse sibi.  
 Solus promissae dux felix climata terra  
 Lustrat, & huic iunctus Iosua fortis erat.  
 Obtinet hac terra, quae Mose's praemia, vates  
 Pollicitus fuerat, res nec inanis erat.  
 Urbes expugnat furibundo Marte Gigantum:  
 Illos obruncat tres superatq; Duces.  
 Prosperitate sua demonstrat posteritati,  
 Esse bonum Iovæ castra cupita sequi.

FINIS LIBRI  
 SECUNDI.

Hic Ecclesiola status assignatur in isto  
 Libro, quae varijs cladibus acta fuit.

OS (\*) OS  
 OS

DE

DE VIRIS  
SACRIS LITERIS  
ILLVSTRIBVS

*Joachimi Uvethmani  
Faurani*

LIBER TERTIVS:  
Ecclesiæ à Ducibus gubernatæ.

I O S V A D V X I. 77

I O S V Æ Nuni filij, in terram hostilem explorandi gratia emissi, splendida & verissima ex eadem renunciantis, populum tristitia percussam erigentis, ex millibus sexcentis hominum, in terram à DEO patribus promissam, Iosua comite & Duce adiuncto, ingredientis, impetratis à DEO precibus, Iordanem, Solis & Lunæ cursum remorantis, anno secundo & trigesimo gubernationis suæ, ætatis centesimo decimo, vitam cum morte commutantis, Exod. 17. 24. cap. Nu. 11. 13. 27. cap. & Deut. 31. 34. cap. Iud. 2. cap.

*Iosua, qui Nini, Dux, filius, Ephraimites:  
Discipulus Mosi, dignus honore, fuit:  
Missus in hostilem terram perquirat ut illam,  
Horruit haud dubie dura pericla fuge.  
Certaq; regrediens & splendida nunciat illis*

G

Prodi-

Proditionis ut hunc arguit ecce cohors.  
 Roborat hic populum dubio terrore repressum,  
 Compescit fremitus dum furit ipsa cohors.  
 Legifero Mosi succedit ab axe vocatus:  
 Eleazar vates muniaritè dicat.  
 Millibus ex hominum sexcentis ipse superstes  
 Atq; Caleb terra iugera culta petit.  
 Tempore difficili palmas ad sydera tendit:  
 Et precibus pondus sentit inesse pijs.  
 Illius adq; preces Iordanis constitit amnis,  
 Constitit & precibus Sol quoq; Luna pijs.  
 Et populum circumcidit per flumen obliquum  
 Ut transit, resluas dumq; refrenat aquas.  
 Et, profligatis triginta regibus, uno  
 Urbes illorum sorteq; distribuit.  
 Illis qui tractant, dispertit, sacra, propinquas  
 Aedes perq; tribus, limina tuta locans.  
 Constituit loca tuta viris, munimina grata  
 Pulsis, qui turpi terga dedere fuga.  
 Dūq; ferè morti, celebrat benefacta, propinquus  
 Quæ populo summus prestitit ipse DEVS.  
 Imperij postquam triginta conficit annos  
 Atq; duos, tandem morte solutus obit.  
 Annos & vitæ centum, si lustra q; bina  
 Adycis, explevit, vir pietate gravis.

O T H O N I E L D V X

I I.

77

O T H O-

OTHONIELIS Cenezi, fratris Ducis Calebi filij, in imperio Iosuae succedentis, expugnatis vrbibus Gigantum, à Calebo præmium sortientis, Achsam filiam Calebi pro remuneratione ex bello parta, coniugio sibi copulantis, tempore imperij sui regem Mesopotamiæ, Chulanem, parta victoria superantis, anno gubernationis suæ octauo è viuis sublatis. Iosua. 15. Iud. 1. & 3. capite.

Othoniel iuuenis præstans, fratrisq; Calebi  
 Filius, ex Iuda stemmate cretus erat.  
 Ut dux imperio decessit Iosua fortis,  
 Illius acquirat frena relata sibi.  
 Urbibus hinc captis funesto Marte Gigantum:  
 Diruta cum nondum Debira clade foret.  
 Præmia constituit victori Duxq; Calebus:  
 Hostibus ex victis quiq; trophæa ferat.  
 Ergò nil extet quod non pugnacibus armis  
 Deuinci possit, strenuus arma ciet.  
 Diripit hanc armis, & filia casta Calebi  
 Pro mercede thorisædere iuncta fuit.  
 Cum socer astit dotem vicos sibi destinat, agros  
 Et steriles, riuis terra quod ista caret:  
 Achsa patrem rogat, cupido suadente marito  
 Ut daret irrigua fertilitate solum.  
 Impetrat hæc voto, pater annuit apta petenti  
 Fertilis & tractus iugera culta locat.  
 Inde, domans regem Chusanem Marte repressit,  
 Liberat & tristi colla subacta iugo.

*Fortiter imperij cum protraxisset habenas,  
Annus ut octauus labitur, ipse perit.*

E H V D V S D V X III. 78

EHVDI filij Geræ, Ieminis nepotis, in legatione publica Egloni Moabitarum Regi munera offerentis, pro recuperanda libertate patriæ, regem ex relato nuncio decipientis, educta fida interimentis, eandem ob pinguedinem, ex obeso corpore haud retrahentis, Ephraimitas ad arma conuocantis, factum illis referentis, hostes insequentis, eosdem in ripa Iordanis, vltra decem millia hominum occidentis, anno imperij sui octogesimo extincti. Iudi 3. cap.

*Qui Moabitarum Regi fert fortis Ebudus  
Munera, legatus strenuus ipse fuit.*

*Robore diuino patriam quò liberet ipsam  
Impulsus: tacitè grande reuoluit opus.*

*Ast iter emensus tandemq; reuersus in aulam  
Eglonis Regis, limina tuta subit.*

*Atria susceptus veluti qui nuncia, mente  
Arcana referat: fraus nec aperta fuit.*

*Quòd verò factum sine suspitione fuisset,  
Conclauis regem fraude necare parat.*

*Extrahit & leua, capulo tenuis abdedit ensem,  
Illius lateri, prendere quemq; nequit:*

*( Corpus quod fuerat regis pinguedine plenum )  
Elapsus tandem tutus ab hoste redit.*

*Instruit hinc armis & conuocat Ephraimitas*

*Hostis*

*Hostis terrorem quis quoq; facta notat.  
 Haudq; fide dubia promittit certa trophaea  
 Ex debellatis hostibus, ense minax.  
 Ad vada Iordanis perrexit caerulea tandem,  
 Hostibus ac illis est remoratus iter.  
 Millia consuetuq; decem percussit eodem,  
 Et cessant lacrymis horrida bella suis.  
 Imperij peragens octo bis lustra, supremum  
 Defunctus vita clausit in orbe diem.*

## SAMGARVS DVX III. 79

SAMGARI Anathi filij, populo DEI à Phi-  
 listinis varijs cladibus oppresso, cohortes hosti-  
 um, quæ agros popularètur, irrumpètes, magno  
 zelo, ac fortitudine sibi à DEO concessa propel-  
 lentis, sexcentos latrones pedo prosternentis,  
 gentemq; afflictam à seruitutis iugo vindicantis.  
 Iud. 3. 5. cap.

*Hoste Philistæo populus cum pressus, in agro  
 Armenti custos, Samgarus ipse fuit.  
 Cumq; Philistæe spoliarent rura cohortes,  
 Euentus iraxit sordida præda bonos.  
 Huic DEVS immisit robur pectusq; virile:  
 Hostis ut haud timeat tela minasq; feri.  
 Armis oblatis pro tempore prodit in hostem,  
 Arreptoq; pedo restitit ecce minis:  
 Sexcentos domuit prosternens nempè latrones,  
 Eripit & tristi libera colla iugo.  
 Illius accusat quæ tempora clade referta*

G 3

Det-

*Delbora, depromens cantica grata DEO.  
Et celebrat rursus nitidi quis rector Olympi  
Per viles homines facta stupenda gerit.*

DELBORA, PROPHETIS-  
SA ET DUX. V. 80

DELBORÆ Prophetissæ è tribu Nephtalim, Baracum tribulem suum belli ducem aduocantis, rege Iabino Cananæorum, vrbes reliquas, Sisara Duce, depopulante, victoriam Baraco referentis, interfecto à muliere Iahela & hospita, Sisara, cantico peculiari cum Baraco DEVM celebrantis, annos quadraginta dominatus sui producentis. Iud. 4. & 5. cap.

*Delbora militia Dux conuocat ipsa Baracum,  
Cum Rex Iabinus scepra superba tenet.  
Hæzor & imperij sedes antiqua dicata  
Regibus, hac rexit climata culta tribu.  
Perrexit reliquas vrbes inuadere Marte:  
Impiger illius Sisara Duxq; fuit.  
Hic cum nongentos currus armasset onustus,  
Chisonis ad fluuium plurima castra locans.  
Hunc contra cælo vis Martia fulsit in armis:  
Restitit huic virtus sideris ipsa Duci.  
Donec priuata visu, certamine, turme  
Et dum victa cohors pressaq; clade foret.  
Fugerat è pugna Dux cursu fessus anhelos,  
Hospitis antiqui limina nota petens.  
Ipsa Iahel coniunx latice fert, pocula lactis,  
Quano*



( Quam Regem pluris fecit in axe DEVM. )

Hospitiū frangit ius, victus lumina somno,  
 Eius & orrigno membra sopore rigent.  
 Ergò tenens clauum leua, dextraq; retundens  
 Tempora crudelis figit in ipsa viri.  
 Expirans, animam vacuas emittit in auras,  
 Et sopor aternus lumina pressa tenet.  
 Delbora bella mouens, & victrix fœmina, plebi  
 Libera iura simul letitiamq; parat.  
 Hec quadraginta felix moderatur habenas  
 Annos, sub palma præscia verba refert.

## GIDEON. DVX VI. 81

GIDEONIS filiaë Ioæ, Ducis magnanimi & bellicosi excutientis in horreo fragmenta, ab angelo ad munus castrense designati, contra Midianitas per tribus dispositas classicum canentis, hostium castra comite electo explorantis, clangore tubarum, & militum clamore, sibi ipsis inflictis vulneribus, centum & triginta quinque millia hominum, vsque ad interneccionem, deterrantis, Sabam & Salmanam captiuos Duces trucidantis, regium momen sponte detrectantis, annos quadraginta imperij habenas administrantis, Iudi. 6. 7. 8. cap.

Dvx Gideon celebris primum fuit ipse colonus,  
 Filius at Ioæ magnanimusq; Gigas.  
 Excussit nam cum stipulis frumenta reposta,  
 Suscipit aligeri munia voce Ducis.

G 4

Aedi

Adibus in patrijs aram lucumq; Baalis  
 Inuertit, primum sceptrum superba tenens.  
 Perq; tribus contrà, vicinas, Midianitas  
 Horrisono strepitu classica pulsa ciet.  
 Disponens turmasq; viros tantumq; trecentos  
 Eligit, ut paucis leta trophæa ferat.  
 Explorat socio comitatus castra, cohortis  
 Militie tentans Martia signa noua.  
 Terribilisq; tubæ cantu lituiq; fragore,  
 Flammeus ut fulgor lampadis atq; micæ.  
 Milite stipatus multo, clamore sonoro  
 Hostes perterret, suggerit arma furor.  
 Ut se conficerent alternis ictibus ipsi,  
 Alter in alterius colla manusq; ruit.  
 Hac pugna, centum triginta millia quinq;  
 Crudeli, tandem corpora cæsa iacent.  
 Orebum Sebumq; Duces tunc Ephraimite  
 Oppugnant armis, ense truciq; necant,  
 Captos Salmoanam, Zebam Gideonq; trucidat,  
 Victor & ex bello iusta trophæa tulit.  
 Hinc Suchotenses, tribules, & Phanelitas  
 A quis derisus, mox uepribusq; terit.  
 Nomina detrectat regis delata, nec ipse  
 Affectat cupida regia sceptrum manu.  
 Ille sibi cultus, vanus natisq; parauit  
 Exitium, plebi plurima damna sue.  
 Hic quadraginta regnans feliciter annos,  
 Traxit & imperij frena relata sibi.

ABI-

ABIMELECHVS TYRAN-  
NVS, DVX VII.

ABIMELECHI filij Gideonis è Sichemensi concubina, tyranni & parricidæ nefarij, regnum astu à ciuibus sortientis, militem nefarium argento conscribentis, Ephram urbem, qua septuaginta fratres habitabant, eodem loco coniunctos obtruncantis, Sichemitas seditiosos oppugnantis, patriam suam inflammantis, ciues mille fumo suffocantis, in obsidione oppidi Thebes, à muliere, molaris fragmento desuper immisso, lethaliter vulnerati, à seruo porrecto iugulo occisi, tres annos tyrannidem exercentis. Iud. 9. cap. 2. Reg. II. cap.

*Qui Gideonis erat natus, Dux Abimelechus,  
Ex famula cretus regia sceptrum rapit.*

*Miles ab hoc turpis Sichemensi scribitur ere,  
Urbis & hinc Ephraemœnia celsa petit.*

*Qua fuerant eius coniuncti septuaginta  
Fratres, in saxo trux homicida necat.*

*Abfuit à fratrum violenta cede Iothanes,  
Mansit & incolumis, frater ut ipse furit.*

*Tandem deficiunt à regno turpibus ausis  
Ciues, & regi restitit ipsa cohors.*

*Percitus irarum stimulis Dux impius urbem  
Inuadit, ciues fraude latente premens.*

*Omnes occidit iuuenes, armisq; repressit:  
Inflamat patriæ tecta propinqua sue.*

*Qui speculam fugerant, fumo suffocat in ipsa*

G S

Mille

*Mille viros, flammis nemo superstes erat.  
 Crudelis postquam facinus crudele peregit,  
 Theben cinxit & hic obsidione graui.  
 Mœmbus accedens mulier fragmenta molaris  
 Conycit, ex ictu leditur inde caput.  
 Illud ut haud pateat factum muliebri, supinus  
 Armigero iugulum porrigit, ense capiens.  
 Dedecus hic gentis fuit atq; tyrannidis autor,  
 Annos tres regnans facta maligna patrat.*

THOLAS, DVX VIII. 83

THOLÆ filij Phuæ Abimelechi Ducis patruelis, viro ambitioso succedentis, populum DEI secundum patrias leges, in pacato & felici statu annos viginti tres regnantis. Iud. 10. capite.

*Tholas successit patrueli ritè Tyranno,  
 Isascharq; tribu qui quoq; cretus erat.  
 Dux pius haud patriam propriaq; libidine fretus  
 Sed iuxta leges iuraq; lata regit.  
 Illius imperij tranquillo tempore gestum  
 Nil extat libris, si memorare velis:  
 Arma silent illo moderamine Martia, felix  
 Atq; status rerum, pace quietus ager.  
 Annos viginti faciles moderatur habenas  
 Ac tres, imperij prosperitate sua.*

IAIR

IAIRI Manassæi, triginta filiorum patris, vnumquemq; eorum singulis ciuitatibus præficientis, propter idolatricum cultum populi, & difficiliora tempora imperij habenas protrahentis, anno vigesimo secundo gubernationis suæ, è viuis sublatus. Iud. 10. cap.

*Ter denos natos genuit Dux ipse Iairus,  
 Urbibus his totidem præficit atq; Duces:  
 Quæ præfectura dicta sunt tempore longo,  
 A Duce qui tali climate sceptrum tenet.  
 Illius imperio defecit plurima turba  
 A vero cultu, disperit alma quies,  
 Crimina criminibus cumulat, si vera fatemur,  
 Vota nec illius suscipit aure DEVS.  
 Illius imperij sunt tempora plena periculis,  
 Plena minis, hostes mœnia cincta premunt.  
 Ac Ammonitis vrbes nam clade refertæ,  
 Atq; Philistinis oppida pressa feris.  
 Cladibus occumbens, viginti præfuit annos  
 Atque duos: moritur nec superesse da-  
 tur.*

I E P H T Æ Ducis bellicosi, ob matrem infamem ex ædibus paternis à fratribus expulsi, latrociniarum consuetudine, robur inuictum ac nomen illustre sibi comparantis, regem Ammoniticum, fines & agros depopulantem profligantis, viginti ciuitates subigentis, voto temerario filiam & virginem pudicissimam, haud sine ingenti luctu populi interimentis, Ephraimitas coërcentis, duo & quadraginta millia hominum prosternentis, annos sex gubernationem protrahentis. Iud. 11. 12. cap. 1. Reg. 12. cap. Ebræ. 11.

*O B turpem matrem depellitur aede paterna  
 Fratribus inuisus Dux ibi Iephtha suis.  
 Et dum spretus erat, patria nec gratus in aede,  
 Robore mox fretus nomen equestre parat.  
 Armis accincti cum contra Gileaditas  
 Ex Ammone sati, Martia bella cient:  
 Consensu mox ciuili Dux ipse creatur  
 Munus ut oblatum militieq, decus.  
 Ad regem mittit legatos ne spolientur  
 He fines: Sed Dux impetrat ille nihil.  
 Armis assumtis ciues ad praelia munit:  
 Hac pugna letus victor & ipse redit.  
 Urbes viginti subigit, Bellona fatigat.  
 Deuictos ciues, acria bella mouens.  
 Unica que fuerat dilecti nata parentis,  
 Hanc necat, & plebi causa doloris erat.  
 Nobilitate sua tumidos hic Ephraimitas  
 Vicit, ut haud equo pectore bella mouent.  
 Ocyus hinc hominum duo strauit millia pugnant*  
 Et

*Et quadraginta, terra cruore rubet.  
 Consilio pollens & robore praeclitus acri  
 Annos sex regnans, Martia tela vibrat.*

**ABESAN, ELON, ABDON,**  
**DUCES XI. XII. XIII. 86.**

ABESANIS Bethlehemitis, Elonis Zebulonitis & Abdonis Ephraimitis principum, honore eximio, & obseruantia suorum, illustrium, cum numerosa vtriusq; sexus sobole, & tot nepotibus superstibus, in pace publica, & felici omnium rerum statu, & gubernationem & aetatem protrahentium. Iudi. 12. capite.

*ANNOS scepra tenens Abesanes Bethleemites  
 In populo septem floruit ipse DEI.  
 Dux Elong, decem protraxit Zebulonites  
 Annos, eximia laude nec ipse caret.  
 Praesuit hinc annos octo Dux Ephraimites  
 Abdon, laude pari scepra superba regens.  
 Primus triginta natos genuit, totidemq;  
 Natas, tot generos nutrit in aede sua.  
 Abdon triginta numeravit Duxq; nepotes,  
 Et quadraginta pignora chara sibi.  
 Illi namq; Duces laudem pietate merentur,  
 Dum status illorum prosper in orbe fuit.  
 Illos obseruans plebs subdita, nobilitate  
 Inprimis celebres: inclyta fama viget.  
 Hec siquidem non est pars infima prosperitatis  
 Felix prole thorus, pace quieta domus.*

S I M-

SIMSON, DVX  
XIIII.

SIMSONIS Manoæ filij, Ducis fortissimi & robore Gigantæo præditi, ab angelo vindex populi prædicti, ab vxore Philistina illusi, triginta Alcalonitas occidentis, Thamnatensium segetes ira percitus caudis vulpium colligatis in flammantis, vrbis Gazæ valuas cum vectibus euulis asportantis, leonem discerpentis, asini maxilla mille viros occidentis, in spectaculum ludicrum producti, arreptis denique columnis, fide DEVM implorantis, ruinaque ædium tria millia hominum, vtriusque sexus secum, clade interneciua opprimentis. Iud. 13. 14. 15. 16. cap. Ebræ. II. cap.

*UT Simson populi sit vindex, aliger axe  
 Aluo prædixit matris ut ipse cubat :  
 Cui validæ vires & inexpugnabile robur,  
 Vincitur haud armis : Vinculâ nulla tenent.  
 Occumbit tandem blandaq; Cupidine victus  
 Ipse voluptati colla manusq; dedit.  
 Coniuge delusus turpi necat Alcalonitas  
 Triginta, natam detrahit ipse socer.  
 Percitus hinc ira segetes succendit in agris,  
 Tediferis vrens vulpibus arua soli.  
 Moenibus inclusus Gazæ vinculisque reten-  
 tus  
 Valuas euulsas cardine fert humeris.  
 Decerpit manibus villosi colla leonis :*

*Maxilla*



*Maxilla iugulat mille necatq; viros.*

*Illius ut patulum guttur sitis arida torret:*

*Osse rogans asini lucida gutta cadit.*

*Blanditijs Delilæ furit atque Cupidine tactus,*

*Frangitur insidijs decipiturq; procax.*

*Captus Manoades oculis priuatur utrisq;*

*Vinctus pistrino traditur inde miser.*

*Damnatus capitis, Gazæ seruatur in arctis*

*Astrictus vinclis, in tenebrisque cubat.*

*Productus Satrapis spectacula præbuit, i-*

*ipse*

*Implorat IOVAM non dubitante fi-*

*de.*

*Ædes inuertit geminis tactisq; columnis:*

*Ex lapsu secum plurima turba perit.*

*Occidit plures, viuens quàm robore pressit,*

*Et tria tunc hominum millia clade ruunt.*

*Annos viginti præsto, tamen absque cohorte,*

*Non armis pugnat, victor at ipse redit.*

*Omnibus ast certans est formidabilis He-*

*ros,*

*Ipsè salutaris Dux populiq; fuit:*

*Est typus in vita CHRISTI, post Tartara*

*Ditis*

*Diruta, qui victor leta trophæa refert.*

HELI SACER-  
DOS.

88

HELI

HELI Sacerdotis ab Ithamare, filij Aaronis, officio sacerdotis & Ducis fungentis, senili ætate Ecclesiam filijs suis immorigeris & nefarijs committentis, ob indulgentiam natorum, eorundemq; scelera haud arguentis, pœnas lucentis, vtriusq; filijs necatis in pugna, de sella fracta ceruice præcipitati, anno nonagesimo & octauo ætatis suæ, imperij quadragesimo. i. Reg. i. 2. cap. & i. Paralip. 24. cap.

*Amramidæ soboles Heli Dux atq; Sacerdos  
Ithamaris claro stemmate cretus erat.*

*Natos præfecit sacris ætate senili,  
Qui iuuenes turpes, flagitijsq; scatent.*

*Horum cum malefacta patent, hos voce nec vlla  
Emendare potest, lex neq; verba valent.*

*Efficit haud monitis quicquam, nec verba Pro-  
Suscipit, haud dictis exhibet ipse fidem. (pheta*

*Hic obiurgatus quamuis pater à Samuele  
Indulsi natis plus tamen ipse suis :*

*Offendens igitur IOVAM, punitur : Eundem  
Accelerans itidem noxiapœnamanet.*

*Dira fames populum pressit, mox turpis egestas :  
Hanc sequitur bellum, non sine clade, ferox.*

*Quodq; Philistinæ funesta strage cohorte  
Motum quæ subito natus uterq; perit.*

*Ipsè cadens sella, fracta ceruice, retortus  
Expiratq; gemens, clausit in orbe diem.*

*Ut nonaginta vitæ compleuerat annos  
Octo simul, Mystes, tempora plena, sua.*

Octo

*Oſto luſtra tenet regnum, nec pœna recessit  
Illius à ſero ſtemmate, ſiue domo.*

## S A M V E L P R O P H E -

T A.

89

SAMVELIS Prophetæ fidelis & eximij,  
Helcanæ filij, à DEO anno duodecimo ætatis  
vocati, precibus victoriam contrà hoſtes impe-  
trantis, regnum conſtituentis, Reges vngentis,  
iuſſa DEI fideliter exequentis, Heli Sacerdoti,  
& Sauli regi iram DEI annunciantis, perſecutio-  
nem patienter perferentis, in ijsdem placidè  
occumbentis, anno quadreſimo imperij ſui,  
ætatis ſeptuageſimo. Hiſtoria natiuitatis, pue-  
ritiæ, & rerum geſtarum Samuelis Prophetæ i.  
Reg. 1.2.3.7.8.9.10.12.15. 16. 25. cap. extat. Syra.  
46. cap. Pſal. 98. Hieremi. 15. cap. huius ſit men-  
tio.

*M* Atre pijs precibus Samuel producit ur infas,  
Dum tener eſt Iovæ ritè dicatus adest.

*I*nſtruit hunc annis à primis ipſe Sacerdos

*Heli, cuſtodis fungitur atq; vice,*

*Biſſenos annos dum complet, nomine IOVA*

*Hunc vocat, ut mulcet lumina feſſa ſopor,*

*Ille nec abſceſſit Doctoris tramite fidi:*

*Illius eſt potus lucidus humor aquæ.*

*Haud dapibus lautis illius menſa referta,*

*Nutrit, quæ textit candida colla, comam.*

*Eximius vates tam carus in axe parenti,*

H

Cumq;

Cumq; precaretur nulla repulsa tulit.  
 Inde Philistini precibus, Tyriq; coloni  
 Intereunt tacti fulmine sulphureo.  
 Instat ut hic precibus pelluntur & Amalechita:  
 Hic unxit Reges regia sceptrā locans.  
 Inspector catus lustravit & ipse quotannis  
 Exequitur constans iussa seuera DEI.  
 Nunciat hic Heli, Cisside, numinis iram,  
 Arguit & populum mutat ut ipse statum.  
 Amelechitarum regem cui frenaretorquet  
 Saulus, & obtruncat, nulla pericla rimens.  
 Spretus ut à Saulo placide compescuit iram,  
 Exaudoratus non fera bella mouet.  
 Obiurgatus is haud natorum facta maligna  
 Defendit, quorum crimina plura parent.  
 Cede Sacerdotum doluit vehementer iniqua,  
 Exilio Psaltis tristis & ipse fuit:  
 Maluit & placide priuatam degere vitam,  
 Blanditijs Regem quam domuisse suis.  
 Criminis à nullo conuictus, clade propinqua  
 Exspirat placide, quem pia turba dolet.  
 Et quadraginta docet hic, & septuaginta  
 Annos, etatis complet in orbe, sue.

## I O T H A N E S.

90

IOTHANIS Gideonis Ducis filij, fratris Abimelechi tyrannidem effugientis, virtute eximia & singulari prudentia ornati, Sicheimitarū stultitiam exprobrantis, excidium futurum, & interitum illorum vaticinantis, ex insidijs inimicorum

rum

rum peculiarem exilij sibi locum eligentis, ibidemque ex ægritudine animi expirantis, Iudi. 9. cap.

**F**ratris ut insidias Iothanes Abimelechi  
 Effugeret, solers prospicit ipsa cohors.  
 Hunc iuuenem quamuis virtus euexit in altum:  
 Attamen infelix & miser ipse fuit:  
 Ad Sichemæ ciues lapidosi vertice montis  
 Excelso, constans verba diserta facit.  
 Exprobrat his fraudes infectaq; sanguine tela,  
 Urbis & excidium fataq; dura refert.  
 Hostiles technas, ut perfida tela caueret,  
 Eligit, ut recubet tutus & ipse locum:  
 Obscurus vitam properam transegit ibidem  
 Tabifico, claudens orbe, dolore diem.

## NOEMIS

91

NOEMIS fœminæ pudicissimæ, cum marito & filijs duobus ad Moabitas frugum penuria e Iudæa proficiscentis, defuncto marito, filijs suis exteris virgines despondentis, iisdem defunctis, ibidem in urbem Bethlehemam cum nuru altera Rutha se recipientis. Ruth. 1. cap.

**I**N Moabitarum regionem iugera terræ  
 Iudææ linquens nupta Noemis adit.  
 Ipse maritus ei, cum natis, Elimelechus  
 Adstitit, annona deficiente solo.  
 Tempore difficili quò possit querere victum  
 Prospexit domui fœmina casta suæ.  
 Natis despondet peregrinas nanq; puellas,

H 2

U

*Ut socius thalami, morte solutus obit.  
 Defunctis natis statuit quò recta paterna,  
 Et patrie fines visere leta queat  
 Persuadere suis nuribus conatur & illa,  
 Ut patrij repetat limina notæ soli.  
 Hanc sequiturq; libens repetit dū mœnia Bethles;  
 Lenit & hinc senij pondera dura grauis.*

## RUTHA.

92

**RUTHÆ** Moabitidis, viduæ ac fœminæ pi-  
 etate & virtute ornatissimæ, socrum Noëmim,  
 matris loco honore aficientis, è patria in Iudæ-  
 am commigrantis, viro nobiliori ac opulento  
 Booze matrimonio iunctæ, eidemq; debitum  
 obsequium exhibentis. Ruth. 1. 2. 3. 4. cap. Mat-  
 thæ. 1.

*Rutha Moabitis socrum reueretur amatam;  
 Hancq; loco matris fœmina ritè colit.  
 Sacra DEVM, populū, communem cūq; Noëmi  
 Optat habere libens, damna, sepulcra, necē.  
 Idcirco patrio discedens limite, fines  
 Iudæe repetit, gens ibi grata fuit.  
 Diligit hanc propter cultum pietatis apertum,  
 Tum propter care commoda plura socrus.  
 Nobilitate viri prestantis nupta Booze  
 Diuitijs pariter, iungitur ipsa thoro.  
 Percepit tandem fructus pietatis & amplos:  
 Inclyta Davidis vatis & est auia.*

BOOZVS.

**BOOZI** Salmonis filij viri præstantis ac locupletis, virginem peregrinam, nurum Noemidis in agro suo spicas colligentem, cum propter singularem probitatem ac pietatem, tum etiam focrus suæ beneficentiam, in vxorem ducentis. Ruth. 2. 3. 4. 1. Paralip. 2. cap. Matth. 1. cap. Lucæ 3. cap.

*S*almonis natus vir præstans ipse Boozus  
 Elegit Rutham, foedera casta petens.  
 Quæ peregrina fuit, socrusq; Noemidis ipsa,  
 Colligit ut spicas, est redamata viro:  
 Legibus ex patris agnatam duxit eandem,  
 Dum cubat hæc alis, Isace magne, tuis.  
 Quod patris fines, patriosq; reliquerat agros  
 Hæc sibi grata fuit, quodq; secuta socrum.  
 Ipsius hoc factum ciues gentesq; Boozis  
 Concelebrant merito non sine laude, piis.  
 Quod sibi, nec virgo pauperrima spreta fuisset  
 Quod fido socio præstiteratq; fidem.  
 Haudq; minus gratus, quem fata benigna tulissent  
 Illi, quam terris dumq; superstes erat.

**HELCAÑAE** in tribu Leui nati, in tribu Manassis possessionem habentis, prophetæ excellentissimi, Samuelis patris, pietatis singularis filijs exemplum relinquentis ad sacrificandum Silonem diebus solennibus, euntis, tã vxoribus

ribus quam liberis dona ad cultum diuinum distribuētis. 1. Regum 1. cap.

*Helcanas Leni natus de stirpe, Manassis  
Inq̄, tribu celebri limina nota tenet.  
Observator erat tam solers legis auitæ,  
Ac opibus iuuat munia sacra suis.  
Iussa DEO faceret fixis ut sacra diebus,  
Templi Silonis mœnia nota subit.  
Munere nec solum solers perfungitur isto,  
Insper & natis plurima dona dedit:  
Haud apparerent, vxoribus illa ministrat  
Muneris expertes, munera, grata DEO.  
Exemplum natis pietatis & ipse reliquit,  
Quiq̄, parens solers atq̄, maritus erat.  
Coniugis alterius morosæ tam quoq̄, nauos  
Pertulit alterius, quæ neq̄, fœta fuit.  
Corporis effœti probrum dum IOVA tulisset:  
Quo Samuel vates prodidit inde pius.*

## P E N I N A .

95

PENINÆ, Helcanæ viri religiosi, coniugis, Annam alteram vxorem propter iterilitatem exagitantis, familiæ ac liberis malum exemplum præbentis, neq̄; verbis obiurgata à morositate desistentis, in Silone, ad sacrificia peragenda sua importunitate, Annæ alteri coniugi lacrymas excutientis. 1. Regum primo capite.

*Helcanæ*



*HElcane coniunx mulierq; superba Penina*  
*Exagitat nuptam, quæ neq; foeta fuit.*  
*Illa molesta fuit, (tolerans quia) sæpè marito,*  
*Præbet ob id natis scandala plura suis.*  
*Ex monitis sapit haud mulier totiesq; rogata,*  
*Obiurgata sed est imperiosa minus.*  
*Quò per agat, repetat Silonis mœnia, sacrum,*  
*Concomitante viro, placet ut ipse DEVM.*  
*Excudit aſt lacrimas Annæ cui sæpè moleſta*  
*Ob munus, gratam ſe putat eſſe DEO.*  
*Eius hypocrifeos, contemptus, deniq; faſtus*  
*Signa patent pariter gloriolæq; famæ:*

## A N N A .

96

ANNÆ matris Samuelis, matronæ religioſa  
 pietate præditæ, multos annos ſterili thoro vi-  
 uentis, tandem exauditis à DEO precibus filium  
 parientis, eundemq; à prima pueritia DEO pijs  
 precibus conſecrantis, hymnum concinentis,  
 enixo filio Samuele, tres alios, & duas filias,  
 diuina benedictione procreantis. 1. Reg. 1.  
 cap.

*QVæ Samuelis erat mater, matrona pudica*  
*ANNÆ, diu ſterili vixit & ipſa thoro.*  
*Coniunx hanc vexat tunc æmula voce moleſta,*  
*Orat, ut hæc ſacro cedere iuſſa loco.*  
*Ceu non ſit compos mentis Bacchoq; repleta.*

H 4

Aſt

*Ast hanc solatur vir pietate grauis.*  
*Percipit ut querulas voces Heliq; Sacerdos.*  
*Erigit hinc animum tristitiamq; fugat.*  
*Exaudita DEO sobolem, quam mater ab annis*  
*Hac peperit, primis, consecrat atq; DEO.*  
*Concinit ac hymnum dulcem, quo facta stupenda*  
*Extollit summi, qui regit astra, DEI.*  
*Enixo nato, votis IOVÆq; dicato,*  
*Natos tres, natas edidit atq; duas.*  
*Quis fuit exemplum toto quo tempore vixit*  
*Vitæ tam sanctæ, quam pietatis honos.*

## OPHNIUS ET PINE-

A S.

97

OPHNII & Pineæ, Heli Sacerdotis filiorum  
 summa dignitate præditorum, propter impie-  
 tatem, auaritiam, libidinem DEVM offendenti-  
 um, de templi redivibus conuiuia agitantium,  
 incestum cum religiosis fœminis admittentium,  
 patrem obiurgantem irridentium, bello à Philis-  
 tinis illato, in acie, triginta millibus hominum  
 cæcis concidentium. I. Regum i. cap.

*Præfelli sacris rebus, neuter tamen horum*  
*Ophnii & Pineas, munia ritè subit.*  
*Sed turpes vexat mentes vesana libido,*  
*Impietas pariter pectora vana trahit.*  
*Inde Sacerdotum nec munia ritè capessunt:*  
*Substituunt alios, luxurieq; scatent.*  
*Cultibus addictasq; nurus & templa profanant*  
*Supra-*

*Stuprantes, itidem facta nefanda patrant.*  
*Dum pater obiurgat natos, illuditur ipse:*  
*Et sic doctrina disperit omnis honos.*  
*Posthabito cultu diuino, corrui ipsa*  
*Religio, totus concidit atq; status.*  
*Clade Philistina triginta millia cesa:*  
*Hac acie pariter frater uterq; cadit.*  
*Arca DEI rapitur, terrore paterq; Sacerdos*  
*Concidit, hanc urbem diripit hostis atrox:*  
*Qua sedes arcae: Pineæ quoq; foeta marito*  
*Coniunx, in partu, morte soluta perit.*

## AMINADABVS. 98

AMINADABI de tribu Leui, viri prudentia  
 & integritate præditi, in oppido Cariathicari-  
 mo habitantis, eo tempore Philistinis victori-  
 bus populi Israëliti, existentibus, arcam DEI  
 grato hospitio suscipientis, eandemq; dum à Re-  
 ge Dauide translata, custodientis. 1. Reg. 7.  
 cap.

*Stemmata de Leui vir solers Aminadabus*  
*Arcam mox sanctam suscipit hospitio.*  
*Utq; Philistini retulissent strage trophæa,*  
*Deiictus populus cum foret ecce DEI:*  
*Vexari varijs illi morbisq; pudendis:*  
*Muribus t ac in agris, nemoq; futus erat.*  
*Dagonis templo moniti, signisq; stupendis,*  
*Vereuehant arcam: Nemo moretur iter.*  
*Arca Dei curru vehitur, retrahuntq; iuuentæ:*

H s Obser-

*Observant illi quo maneat hic loco.  
 Vacca, Iudaeam sed tendunt inde coloni  
 Perspiciunt, urbem quae reducta notant.  
 Illa sed interea fuit aedibus Aminadabi,  
 Transferret Solymam donec & Isacides.*

## IOHEL ET ABIAS. 99

IOHELIS & Abiaë, Samuelis filiorum, prin-  
 cipatum patris consensu obtinentium, patrijs  
 vestigijs minimè insistentium, disciplinam pri-  
 uatam cupiditate pecuniæ insatiabili, turbanti-  
 um, tandem ob legum & iudiciorum corrupte-  
 lam, honore & dignitate à populo, priuatorum.  
 1. Reg. 8. capite.

*Ipsæ Iohel pariter, nati Samuelis, Abias;  
 Imperij referunt à patre frena suo.  
 Ipsi sed patria desciscunt integritate:  
 Degenerant, itidem turpia facta patrant.  
 Turpis auaritiæ rabies hos vexat, & auri  
 Sacra fames, legis concidit omnis honos.  
 Ergò iudicy violant cum iusta statuta,  
 Munere priuantur, plebs quoq; iura negat.  
 Posthabita regem, plebs libertate priori  
 Constitui rogitat, qui quoq; sceptrum gerat.  
 Et cum præberent distracti pectoris ansam,  
 Illud post tempus, concidit omne decus.  
 Disperit illorum virtus ac inclyta fama,  
 Spretus & abiectus frater uterq; fuit.*

## FINIS LIBRI TERTII.

*Hoc Ecclesiæ libro, sunt acta relata,  
 Qualiter à Ducibus sit quoq; recta suis.*

DE VIRIS  
SACRIS LITERIS  
ILLVSTRIBVS

*Joachimi Uvethmani  
Jaurani,*

LIBER QVARTVS:  
Regij Ecclesiæ Impe-  
rij.

S A V L V S, R E X  
I.

100

S A V L I filij Cissi, è clitellario ad regiam di-  
dignitatem euecti, vltra biennium sine tyranni-  
de prouinciam haud administrantis, in prælijs  
felicitem consequentis, propter hypocrisim  
à DEO reiecti, à Diabolo agitati, armis Da-  
uidem, odio Ionatham prosequentis, Sacer-  
dotes & infantes occidentis, tandem à Philisti-  
nis, ipse sibi violentas manus inferentis, ob-  
truncato capite, deq; muro suspensi extircti an-  
nos quadraginta regnantis. I. Reg. 9. 10. II. I. Reg.  
19. 22. cap.

*Benia-*

*B*eniamidum Saulus natus de stirpe vetusta,  
 Viribus excellens, corpore conspicuus.  
*A*c humilis quamuis, fato tamen integer ipse  
 Acquirat regni sceptrum superba sui.  
*D*egener existit sed mox, *VERBO*q<sub>3</sub> repugnat.  
 Ipse *DEI*, nihili pendit & inde minas:  
*L*audis & est cupidus propria, quam laudis in  
*I*ovæ. fastidit religionis opus. (axe  
*M*arta bella gerens felix est, attamen ille  
 Utitur haud illis, ceu sacra verba iubent.  
*O*b cultum fictum nec gratus & astra regenti,  
*R*ex, Satanae furijs exagitur iners.  
*N*on curat vatem, *P*salmem sectatur & armis,  
 Hic odio Ionathan prosequiturq<sub>3</sub> pium.  
*O*ccidit *M*ystas, infantes ipse trucidat,  
 Pellit in exilium prosequiturq<sub>3</sub> pios.  
*U*titur instinctu proavorum, quemq<sub>3</sub> superstes  
 Dum fuit, hic spreuit, iam reuocare studet.  
*I*pse *P*hilistinis lethali vulnere laesus  
 Vectus equo volucris, vincitur atq<sub>3</sub> cadit.  
*H*ostibus haud de se præberet & ipse triumphum  
 Abrumpit vitam cum gemituq<sub>3</sub> perit.  
*I*nventus postquam caput à ceruice reuulsum  
 De muro fixum, corpus humiq<sub>3</sub> cubat.  
*I*n monumenta patris tandem Iesseia proles  
 Infert illius corporis ossa locans.  
*H*oste *P*hilistæo tres nati strage necantur:  
 Posteritas eius funditus atq<sub>3</sub> perit.

Tempo

Tempo  
Et

N

 NA  
 ri, priu  
 & igno  
 labitar  
 dem g  
 querela  
 insigni  
 in fuga  
 Regun

AM

 Saul  
 Obsidio  
 Cine.

Conditio

Se d

Excludi

Septe

Sic turne

Aux

At Ia

Tunc

Lamq<sub>3</sub>

Agm

ulsit ut

Temporis exigui spacio, Rex concidit, annos  
Et quadraginta, regia sceptrum tenet.

## N A A S A M M O N I T A

R E X.

101

NAÆ Ammonitarum regis superbi & barbari, primum contra Saulum, tanquam nouum & ignobilem regem bellum mouentis, urbem Iabitarum obsidentis, turpi oblata occasione eadem gratiam promittentis, à Saulo percepta querela & tyrannide obsessæ ciuitatis, editaq; insigni strage cum hoste Ammonita, dissipati, & in fugam propulsi. 1. Reg. 11. Dauidis amicus 2. Regum 10. cap.

Ammonita Naas Rex infert Martia bellâ  
Saulo, qui primus regia sceptrum tenet.

Obsidione Iabitarum cum cinxerat urbem,  
Ciues sunt prompti iungere colla iugo.

Conditione sed oblata, Rex barbarus, inquit  
Se discessurum, propitiumq; fore:

Excludi dextrum si quis pateretur ocellum

Septem quò voluant addit usq; dies.

Sic tumet in viso, maiestas regia, fastu

Auxilio ciues desituiq; putat.

At Iabitarum Saulus cum voce querelas

Tunc percepisset, conuocat ipse tribus:

Lamq; minatus erat ludibria pluribus, Ergo

Agmine diuiso Saulus in arma ruit.

Pulsit ut Oceano roseis aurora capillis

Accin-

*Accinctus turmis, regia castra subit.  
Edidit insignem stragem, Rex dissipat agmen  
Binos vixq; fuga, quis munerare potest.*

## I O N A T H A S.

103

I O N A T H A E, filii Saulis pietate & magnitudine iuuenis praestantis, Philistinorum praesidium Gabaa eicientis, in hostes irrupentis, & viginti viros in acie interimentis, reliquas turmas solo aspectu terrentis, patris execratione, ob esum mellis, in periculum vitae incidentis, Dauidem pio zelo, posthabitis inimicitiis patris defendentis, in pugna contra Philistinos, binis fratribus interemti. 1. Reg. 13. 14. 18. 19. 20. 23. 31. ca.

*Magnanimus Ionathas discordia praelia miscet,  
Sauli qui Regis filius ipse fuit.  
Praesidium Gabaa propellit & ocyus urbe.  
Ipse Philistaeo restitit inde Duci.  
Armigero cinctus socio contendit ad hostes,  
Per scopulos repens fraude lateate minax.  
Vigintiq; viros acie percussit in ipsa,  
Hostes aspectu territat atq; feros.  
Incidit in vitae discrimina nescius ipse  
Execratur ut hunc invidus ore pater.  
Auctor sed palmae lucratur munia vitae  
Ex vulgi precibus retia tensa fugit.  
Irritatq; patrem lesside factus amicus  
Telus hic quamuis membra petita forent.  
Ipse tamen fido studio defendit amicum.*

Solvens



*Soluens erumnas exiliq; graues.*

*Verbis solatur, dubio discrimine vitæ,*

*Obligat atq; sibi foedere perpetuo.*

*Clade Philistina cum fratribus ipse duobus*

*Oppetit hac pugna Saulus & ipse cadit.*

*Corpora coctilibus suspensaq; mœnibus horum,*

*Quodq; caput curuis figitur ecce tholis.*

*Quæq; sub obscura tollentes nocte iabite*

*Conduunt, haud pereant membra recepta solo.*

*Defunctum luget Iffides, carmine tollit,*

*Maiorum tumbis tum patris ossa locat.*

## I S B O S E D V S. 103

**I S B O S E D I** Regis Sauli filij, post obitum patris duos annos imperantis, sororem Michalim, Dauidi restituere coacti, deinceps vitam priuatam & solitariam, sola ancilla custode corporis adiuncta, degentis, in conclauis, apertis foribus, à duobus tribulibus ac nefarijs hominib., quos amputatis manibus ac pedibus, (iussit Dauid, mutilatoq; corpore suspendi) interemti, quadraginta duos annos viuentis. 2. Reg. 2. 3. ca.

**I S b o s e d u s** Sauli natus, genitore necato

*Ipsè duos annos sceptrâ superba tenet.*

*Ast mulier redamata viro, cum rapta fuisset,*

*Arguit hunc Abner filius ipse Neris.*

*Illius instinctu Michalim cogitur ipse*

*Tradere Dauidi, quæ soror eius erat.*

*Degit & hinc vitam priuatam tempore lapsò*

*Deseritur, grauitas, disperit omnis honos.*

*Corporis ast saltè custos ancilla relicta*

*Huius*

*Huius & inscitia ianua forte patet.  
 Inde soporifero denictus lumina somno  
 Conclavi stertit dum malesanus herus.  
 Opprimitur velox sceleratis ipse duobus  
 Corpore transfosso membra cruore rubent.  
 Et caput abscissum Dauidi forte relatum,  
 Præmia quò referant, spes sed inanis erat.  
 Deprensi postquam, suspendi corpora mandat,  
 His mutilatq<sub>3</sub> manus, his mutilatq<sub>3</sub> pedes.  
 Abneris, Isbosedi caput est tumuloq<sub>3</sub> repostum  
 Huius qui fidus Duxq<sub>3</sub> comesq<sub>3</sub> fuit.  
 Octo lustra superstes erat, pariterq<sub>3</sub> duobus  
 Adiectis annis, tempora certa tenens.*

## MIPHIBOSEDVS 104

MIPHIBOSEDI filij Ionathæ, lori pedis,  
 anno quinto ætatis suæ, auo & patre suo inter-  
 emto, hæreditate regni excidentis, à nutrice,  
 percepto tristi nuncio, abducti, ex præpropere  
 fuga, luxatis pedibus, claudicantis, à Dauide  
 amissa bona acquirentis, à Siba quæstore frau-  
 dulento accusati, & bonis priuati, minore dein-  
 ceptis gratia & æstimatione apud Regem Dau-  
 dem, degentis. 2. Reg. 9. 4. 21. cap. 3. Reg. 16.  
 19. 20. cap.

*M Iphibosed Ionathæ natus nepos ipseq<sub>3</sub> Sauli  
 Natus ut annorum quinq<sub>3</sub> puellus erat.  
 Cum pater, eius auus stricto mucrone necatur  
 Priuatur regno, sceptrum nec ipse capit.*

Nu-

*Nutrix quamprimum tristissima nuncia cladis*  
*Percipit illata, consulit ipsa fuga:*  
*Et dum precipiti cursu deflectere tentat,*  
*Abreptus secum labitur ecce puer:*  
*Ex celeriq; fuga concussus, leditur ipse,*  
*Ambobus pedibus claudicat inde puer.*  
*Inquirens David latitantem forte puellum,*  
*Huic bona tradit aui, tradit in vrbe locum.*  
*Admittit tandem pictis accumbere mensis*  
*Rex David, lautis vescitur atq; cibus.*  
*A Siba questore sed hic delatus auaro*  
*Gratus is haud regi, cen fuit ante, suo.*  
*Omnibus ipse bonis priuatur, deniq; partem*  
*Acquirit rursus, sed fauor omnis abest.*

## A B N E R.

105

**A B N E R I S**, filij Neris, Sauli Ducis militiae  
 & patruj, Isbosedum eius filium in solium col-  
 locantis, in pugna ab exercitu Dauidis in fugam  
 propulsi, fratrem Ioabi insequentem, interimen-  
 tis tempore intestini belli ad Dauidem se reci-  
 pientis à Ioabo deinceps, vt fratrem vlciscere-  
 tur, specie siue prætextu colloquij in porta He-  
 bronis telo lethali interemti. 1. Reg. 14. 26. 2.  
 Reg. 32. cap.

*Sauli regis erat Dux Abner, rege peremto,*  
*Isbosedi nato regia sceptrà locat.*  
*Viribus, hæc, summis defendit, & ipse duobus*  
*Aanis, in pugna pellitur ipse leui.*

I

A tur-

*A turmis Regis Davidis vertere terga  
 Cogitur, huic technas insidiasq; struit.  
 Insequitur tacitè frater tunc quemq; Ioabi  
 Audax qui iuuenis, quem quoq; fraude necat.  
 Ast intestinis regio dum personat armis  
 Hic Veneris causa flectitur à D O M I N O .  
 Transit & ad regem Davidem suscipit illum,  
 Rex placidè, iunxit pectora blandus amor.  
 Ulturus fratrem, specie sed forte Ioabus  
 Colloquio tacito, fœdere siue, venit.  
 Urbis & Hebronis porta clam viscera ledit  
 Telo mortifero, membra cruore rubent.  
 Corpus Rex infert tumulo, lacrimisq; vicissim  
 Udis prosequitur, funera mœsta, dolens.*

## D O E G V S .

106

DOEGI Idumæi, in aula Regis Sauli, magnificientia & splendore eminentissimi, sacerdotem Achimelechum, quod Dauidi fugienti gladium & commeatum dederat, accusantis sua manu innoxium sanguinem fundentis, nullo habito respectu ætatis & sexus, Sacerdotes, tam viros quàm mulieres ense tollentis, ex desperatione tandem sibi violentas manus inferentis, & cum tota stirpe miserabiliter extincti. 1. Reg. 21. & 22. cap.

*Magnus erat Sauli vir præstans ipse Doegus  
 Aula sublimi, rege tenente thronum.*

Gra-

Gratus ut is Regi sit nititur Achimelechum  
 Accusare, prius cuius amicus erat.  
 Hosti, quod dederat fugienti, noxia tela,  
 Aegrè, Dauidi: Rex ea facta tulit.  
 Lata sit ut tandem sententia, iudice Saulo  
 Turba Sacerdotum quò cadat ense truci.  
 Militibus verò compulsis quisq; recusat,  
 Solus Idumæus facta maligna patrat.  
 Innocuum fundens, violentæ cæde, cruorem  
 Nulla subest sexus curaq; nulla senum.  
 Matres occidit, miseros necat ense puellos,  
 Ciuibus haud parcit trux homicida suis.  
 Desperabundus tandem cum rege maligno  
 Infert ipse manus cum gemituq; perit.  
 Funditus atq; ruunt tota cum stirpe nepotes,  
 Illius ac nomen posteritasq; perit.

## ACHIMELECHVS

SACERDOS.

107

ACHIMELECHI, Sacerdotis Heli prone-  
 potis, viri integerrimi, Dauidi in exilio panes  
 & ensẽ præbentis, accusati ex ignorantia se  
 peccasse fatentis, veniamque erroris supplicii  
 voce petentis, haud impetrata venia, ex edi-  
 cto Regis, cum quinque & octoginta Sacerdo-  
 tibus interemti. 1. Reg. 21. 22. cap. 2. Reg. 8. cap.  
 1. Paralip. 24.

I 2

Heli

**H**eli qui, pronepos quoq; Mystes Achimelechus  
 Integer & largus vir vigilansq; fuit.  
 Exilium pulso Dauidi præbuit ipse  
 Panes, cum gladium posceret haudq; negat.  
 Accusatur ob hanc causam, ceu fœderis autor  
 Sit coniurati, sistitur inde reus:  
 Rege sed hic coram proponit, quodq; fatetur  
 Inscius admisit, verba relata probant.  
 Erroris veniam dum supplice voce petebat  
 Impetrat haud veniam, nilq; petita valent,  
 Quinq; Sacerdotes, iussu, iugulantur iniquè,  
 Ac octoginta, Regis, & ipse perit.  
 Hinc Ecclesiole Nobensis tecta, Doëgi  
 Et Sauli iussu diruta, grata p̄ys.

## R I S P A.

108

**R I S P A** Regis Sauli concubinæ propter pie-  
 tatem & gratitudinem Dauidi acceptæ, filios  
 Saulis, cū quinq; Michalis ad supplicium raptos,  
 ne à volucris die, nec ab animalibus noctu di-  
 scerperentur, obrecto pallio, donec maiorum  
 tumulis cadauera, Sauli, filiorum & nepotum,  
 sepelirentur, custodientis. 2. Regum 3. 21. cap.

**R**ispa fuit Sauli Regis dum sceptrâ gubernat  
 Adiutrix thalami, nupta nec ipsa thori.  
 A Gabaonitis cuius, cum quinq; Michalis  
 Natus uterq; simul suppliciumq; tulit.  
 De cruce depositi, ne corpora luce corusca  
 Alitibus præde sint ea fida, canet.

Obtexit

*Obtexit panno defunctaq; corpora solers,  
 Haud ab ijs cessit, nec pietasq; vetat.  
 Dauidi placuit pietas hinc sedula Regi  
 Exuias Sauli, tradere iussit humo.  
 Maiorum tumulis & corpora quinq; nepotum  
 Infert, natorum corpora quinq; simul.*

## ISAIVS.

109

ISAI Obedi filij, octo filios, è quibus tres  
 natu maiores (qui filij fortissimi & bellicosi in  
 militia Regis Sauli fuerunt) procreantis, septem  
 priores regno indignos esse animaduertentis,  
 Dauidem natu minimum ex agro, à grege vo-  
 catum, & in Regem à Samuele designatum ac  
 vinctum, non sine magna lætitia, conspicientis,  
 à Rege deinceps cum tota familia in exilium  
 pulsi, & à Rege Moabitarum tuto hospitio su-  
 scepi, 1. Regum 16. capite.

*Octo progenuit natos, qui mascula proles  
 Obedi, Iesse vir pietate grauis:  
 Quis, tres maiores natu, fortesq; fuere  
 Militia Sauli, Martia castra tenent.  
 Pastor erat minimus natu, contemptus at ille  
 Iessides vates, charus at ipse DEO.  
 Ablegatus erat Samuel, quò munia IOVA  
 Efficeret, regem, qui regat ipse, creet.  
 Indignos septem natos quia censuit esse,  
 Non etenim speciem curat in axe DEVS.  
 Pastor ut armentum sequitur, mox regia sceptræ*

I 3

Acqui-

*Acquirat David, pascit ut ipse gregem.  
 Ungitur hinc oleo, ceu mos est gentis Hebraeae,  
 Munere nam Samuel fungitur ipse DEI.  
 Non minus adest carum veneratur, ut ante parentem  
 Praeficiturq; gregi, castra frequenter adit. (te  
 Missus ut ad fratres mandata fideliter implet,  
 Donec Rex Saulus persequeretur eum:  
 Exilium donec pater est propulsus & huius,  
 Rex Moabitarum cui loca tuta dabit.*

D A V I D , R E X  
 I I .

110

D A V I D I S Regis potentissimi, Prophe-  
 tae religiosissimi, in aula Regis Sauli armigeri,  
 & Musici doctissimi, aetate iuuenili cum ursis  
 & leonibus, veluti cum ouibus ludentis, anno  
 aetatis vigesimo, ad regnum accersiti, trige-  
 simo ex suffragiis populi confirmati, Golia-  
 dum funda pastoralis prosternentis, in exilio a  
 barbaris regibus hospitio accepti, occiso Re-  
 ge varijs cladibus exagitati, plurimos popu-  
 los victricibus armis domantis, Bathsabeam  
 foeminam, florente imperij statu, rapientis,  
 Vriam maritum, in manus hostium tradentis,  
 ob facinus & adulterium admissum, ab Abso-  
 lone filio regno exuti, gratiam apud DEVM  
 arguente Nathane, consequentis, anno sep-  
 tuagesimo aetatis, regni quadragesimo placi-  
 de vitam cum morte mutantis. *Historia  
 eiusdem*



eiusdem ordine descripta est à capite 16. primi lib. Regum, vsque ad finem 2. libri Regum, & à cap. vndecimo 1. Paralip. vsque ad finem.

**H**erculeos frenat Iessides ipse leones,  
 Ac vrsos, iuuenis dum fuit, ecce domat:  
 Indomitis potuit sedare leonibus iras,  
 Hædis ceu pastor lusit usq; vigil.  
 Annos viginti numerans, moderamina regni  
 Sortitur, summo prospiciente DEO.  
 Annos triginta complens ætatis adultæ,  
 Consensu populi regia sceptrâ capit.  
 Musicus est factus cytharam complexus eburnâ  
 Armiger est regis: Musica grata sibi.  
 Ipse Philistinum funda sternitq; Gigantem  
 Robore non, armis nec superandus erat.  
 Promeruit laudis tantum, palmamq; reportat  
 Quamq; virum referunt millia nempe decem.  
 Saulus & inuidia flagrans odioq; tribunum  
 Hostibus obiecit, fila sonora mouens.  
 Et petit hunc hasta, generum lectoque cuban-  
 tem  
 Perdere vult, querit, dum fugit urbe fo-  
 ris.  
 Regibus externis David non leditur armis,  
 Exilio degens, limina grata subit.  
 Deseritur populo, Ziphæis proditur ipse:

Hic pareit Saulo dum modò victus erat.  
 Oram præscindit chlamydis, dum fortè latebat  
 Spelunca Saulus dum tegit ecce pedem.  
 In castris vdo dum claudit lumina somno,  
 Hastam transportat, mox rapit atq; scyphum.  
 Succensaq; manus, Sicelecha, vix sociorum  
 Euasit, saxis quando petitus erat.  
 Circiter ac annos agitatur quinq; moleste  
 Sauli præfectis, Rex ut hic ense perit.  
 Indè Philistinos, Moabita, Amalechitas:  
 Hic Ammonitas & Syriosq; domat.  
 Palmiferam rapidis armis superauit Idumen  
 Dum Rex electus, regia scepra tenens.  
 Profapias aliquot deleuit Marte Gigantum,  
 Victor & existens clara trophæa locat.  
 His partis, summum celebrauit in axe parentem  
 Ac Ecclisiola præfuit ipse sacre:  
 Hanc ornat: templum quia sacri flaminis ipse  
 Extitit, & vates carus in axe DEO.  
 Bathsabeam rapuit, vitare, Cupidinis ictus  
 Haud potuit, regni dum viget ipse status.  
 Sistit & Vriam turmis ut cæsus ab hoste,  
 Cedis, adulterij, fit simul ipse reus.  
 Climata per regni populum numerauit aperte:  
 Absolò commotus dispulit ipse patrem.  
 Pesteq; lethali puniatur, tempora canent  
 Dum senio, Natus vexat & Adonias.  
 Ast abolet Dominus peccata nefanda, vocatur  
 Virq; suum iuxta cor, modò promptus adest.  
 Mortuus

*Mortuus est, annos dum complet septuaginta,  
 Octo lustra simul regia sceptrā tenet.  
 Posteritate sua percepit, vate Nathane,  
 illum venturum, qui piet omne nefas.  
 Perfuitur regno CHRISTI, sine fine manēte,  
 Et meritis pariter non dubitante fide.*

## GOLIADVS.

III

GOLIADI Gethæi, Gigantæo robore præditi, insolita statura corporis, & ipso aspectu omnibus formidabilis, omnem exercitum Israëliti populi, fretus Herculeo robore contemnentis, quemq; fortissimum quadraginta dies manè & vesperi, vehementi clamore ad pugnandum prouocantis, à Dauide, prius implorato nomine DEI, cum quo nemo ob truculentum aspectum ausus congregi, armis pastoralibus (abscisso deinceps capite, & corpore a litibus & bestijs obiecto) victi & prostrati. 1. Regum. 17. cap.

*Cui valide vires, Goliadus, quemq; veretur  
 Quilibet aspiciens ipse Gethæus erat.  
 Omnes Isacidae turmas belliq; cohortes  
 Corporis ob molem, negligit ipse, suam.  
 Quemq; virum fortem timet haud, non Hercules  
 Horrisono quēuis prouocat ore minax. (arma.  
 Huius ad intuitum trepidarunt insuper omnes  
 Acciti donis prælia nemo ciet.  
 In IOVAM maledicta nequit perferre supremū  
 Fatidicus David, Martia castra subit.*

I S

Regis

*Regis permissuque Nothum certamine poscit  
 Hic alacri, subito pugnaq; gliscit atrox.  
 Aggreditur Tyro Iessides ipse Gigantem  
 Armatum, munit cassis abena caput.  
 Instructus funda tereti pariterq; lapillis,  
 Exceptus risu forte Gigante truci.  
 Inuocat astit nomen D O M I N I Iessieia pro-  
 les,  
 Ex ictu primo leditur ipse Gigas.  
 Frons ubi lesa fuit paruo terebrata lapillo,  
 Asseruans certo queq; reposta loco.  
 Alitibus corpus truncum Rex obicit, atq;  
 Brutis in campo tradidit illud iners.*

## N A B A L .

112

NABALIS è Calebi & Othonielis posteri-  
 tate oriundi, hominis opulenti, sed auari atq; te-  
 naxis, Dauidi exuli, per legatos humiliter com-  
 meatum flagitanti, denegantis, ipsumque ve-  
 luti perduellem vituperantis, à Dauide ira per-  
 cito ob ingritudinem hanc, per vxorem Abi-  
 gailem iterum conciliati, tandem terrore con-  
 cidentis & manu D E I percussi decimo die ani-  
 mam crapula onustam, euomentis. 1. Reg. 25.  
 cap.

*P*osteritate Nabal cretus, fuit ipse, Calebi,  
 Nominis & magni, vir locuplesq; simul.  
 Sed parcus, crudelis, iners & sordidus ipse,  
 Diuitijs inhians, luxuriamq; colens.

Indub-

*Indulgens Genio soli sibi viuere credit,  
 Nec tamen est equus nec benefacta refert.  
 Exilium David peteret dum forte repressus  
 Denegat huic victum iusta petita negans.  
 Afficit hunc etiam probris, accusat & ipsum  
 Quod coniurati criminis ipse reus.  
 Acres Iessides exarsit pronus in iras  
 Constituens totam perdere Marte tribum.  
 Coniunx Abigail cui foemina lecta Nabalis  
 Occurrens precibus placat eumq; suis.  
 Certior inde Nabal factus, quod percitus ira  
 Sit David, veluti foemina nupta monet.  
 Quaeq; pericla sibi fortuna minata fuisset  
 Technis Davidis, concidit ipse metu.  
 Percussusq; manu Io v. A., Bacchoq; repletus  
 Exhalat vitam, lux ubi dena micat.*

## IOABVS.

113

**IOABI** ex Saruia sorore Davidis, summi copiarum Ducis creti, viri ferocis & vindictae cupidissimi, bella externa contra Syros, Ammonitas, Philistinos, intestina contra Saulum & Absolonem gerentis, ex insidijs, sua manu Abneram Sauli Ducem, Amasam Absolonis Ducem interficientis, ac Regis filium, contra voluntatem patris hasta traicientis, cum Adonia conspirantis, in sacrario ex edicto Salomonis interemti. 1. Paralip. 2. & 11. cap. Historia eiusdem 2. Regum 2. 3. 10. 11. 12. 14. 18. 19. 20. 24. cap. & 3. Regum 2. cap extat.

Stirpe

Stirpe Ioabus erat Dauidis auunculus ipse  
 Magnifica cretus, vir quoque mente ferox.  
 Callidus ingenio, summus Dux ipse cohortis,  
 Vindictæ cupidus promptus ad arma ruit.  
 Pro Dauidæ mouet furibundo prælia Marte,  
 Dum Bellona ciet flebile Martis opus.  
 Ac Ammonitas contra Syriosque colonos  
 Atque Philistinos aspera bella mouet.  
 Et Saulum, contraque Sebam, contraque rebellem  
 Dauidis Natum, clara trophæa locans.  
 Occidit fortesque viros haud parcit Amasæ,  
 Abner & illius concidit ipse manu.  
 Insidijs sed uterque cadit, traiecit & hasta  
 Dauidis natum rege vetante pio.  
 Hoc factæ Rex est alienus prorsus ab ipso,  
 Denouet hunc verbis tristibus inde dolens.  
 Hoc unum saltem Dux fortis ritè peregit  
 Quid regi verbis restitit ipse suis:  
 Qui numeraturo populum regi que repugnat,  
 Sed Rex punitur, seuit & atra lues.  
 Hic dum conspirat, iussu Salomonis ibidem  
 Occisus sacro, dicitur, esse loco.

## ABISAIVS.

114

ABISAI, Dauidis ex sorore Saruia nepo-  
 tis, eiusdemque capitanei, fratris Ioabi, viri gene-  
 rosi, & fortissimi, cum solo Rege in castra pro-  
 gredientis, Saulum dormientem, Semeium, in  
 persecutione Absolonis (ni vetuisset) interfici-  
 endi

endi ansam habentis, contra hostes Absolonem, Sebam, & Annonem, ordines honestos ducentis, Dauidem, à Giliado propemodum oppressum liberantis, in pugna victoriam feliciter obtinentis. 1. Regum 26. cap. 2. Reg. 23. 2. 16. 1. Paralip. 2. 11. cap.

*D*Vx Abisaius erat Dauidis amunculus ipse,  
 Laude vir excellens, quemq; tuetur amans,  
 Persequitur Saulus regem; modò castra subibat  
 Solus, & hunc, stertit dum, iugulare parat.  
 Absolo dum struit insidias, caput ipse Semei  
 Vellere conatus, detrahit atq; manum.  
 Ac regis paret monitis, animoq; benigno  
 Non contradicit, pectora iungit amor.  
 Hic hostes contra rabidos mouet ocylus arma:  
 Absolo quiq; tibi restitit ecce, Seba.  
 Quiq; Philistæo Dauidem fortè Gigante  
 Oppressum valida liberat ipse manu.  
 Cuiq; Gigantæ vires, quicumq; trecentis  
 Nec pugnare pauet, victor at ipse redit.

## ASAHEL.

115

ASAHELIS filij ex Saruia Dauidis sorore, bellatoris sui temporis fortissimi, iuuenili ætate, propria temeritate, à persequenda Abneris cohorte haud desistentis, sed impetu quodam propositum illud vrgentis, in bello cum Ibosetho filio Saulis, ab Abnere militiae Duce interfecti, tandem in sepulcro paterno, & vrbe Bethlehema, humati. 2. Reg. 2. cap.

Acer

*A*Cer & ipse ferox Asabel bellator & Heros:  
Audax ut nimum tunc iuuenisq; cadit.

*H*ac etenim pugna tristi qua fratre Ioabo  
Abner Dux pulsus nulla pericla cauet.

*A*bneris admonitus nec flectitur ipse cohorte,  
Nec precibusue minis, verba nec ulla valent.

*I*nsequitur turmas, castrensibus impiger armis:  
Instructas acies pellere Marte studens.

*E*t dum non armis cessit capulo tenuis ensem  
Abner Dux lateri fixit & ense perit.

*I*nfertur tumulto patrio sed triste cadaver:  
Urbeq; Bethlehema membra reposta cubant.

## A M A S A .

116

A M A S A Æ nati ex patre Ismaelita, & matre Abigaële sorore Dauidis, seditiosi Absolonis capitanei, cum Rege suo factioso prælio victi, propter cognationem, à Dauide veniam impetrantis, inuidia Ioabi, inter amplexus & oscula collega & consobrino suo furtim gladio interemti, posthabito pudore & reuerentia consanguinitatis, in viam proiecti. 2. Reg. 17. 20, 29. cap. 1. Paralip. 2. capite.

*S*Trenuus & belli præfectus, fortis Amasa  
Dauidis, cretus quiq; sorore fuit.

*A*bsolo dum Regis natus moderatur habenas  
Regni, vir siquidem seditiosus erat:

*P*ræficitur turmis, validis succinctus in armis

Rege



Rege sed infesto vincitur atq; suo.  
 Impetrat atq; veniam propter consanguinitatem.  
 A Dauide, Ducem militiaeq; vocat.  
 Seditioe Sebam contra praefectus Iudæ  
 Hic tribuiq; Ioab percitus inuidia:  
 Conuocat hunc ad se, mellitaq; verba miscet  
 Pectore sed falso, quis nec habenda fides.  
 Inter ut amplexus haerent ac oscula blanda  
 Collegam sica traicit ipse suum.  
 Immemor atq; fuit prorsus dum fœderis icli  
 Agminis in mediam proicit ipse viam.  
 Illius interitum Iessides luget amici  
 Quod Duce priuatus, qui sibi carus erat.  
 Insuper est tristis, facinus crudele quod alter  
 Admisit furtim Dux, & ob idq; dolet.

## MICHAL.

117

MICHALIS Saulis filia, Regi Dauidi,  
 quod Goliadum interfecerat, matrimoniali  
 fœdere iuncta, maritum accessis spiculatoribus,  
 per fenestram demittentis, laudem propter in-  
 columitatem mariti dilecti obtinentis, violen-  
 terque Dauidi erepta, defuncto patre, ab Ab-  
 nere Duce eadem vi restituta, ex fastu & inso-  
 lentia, maritum ante arcam DEI exultantem,  
 despicientis, ob hunc despectum deinceps steri-  
 li thoro vitam producentis. 1. Regum 14. 18. 19. 25.  
 & 2. Reg. 3. & 6. capite.

Filia

*F*ilia Saulis erat Michal qua fœdere iuncta  
 Dauidi, funda fudit ut ipse nothum.  
 Fortiter ex Regis iussu necat inde ducentos  
 Ipse Philisteos, quò rata vincla thori.  
 Fœmina fida fuit veneratur & ipsa maritum:  
 Eripit insidijs, dum capiendus erat.  
 Obtinet idcirco laudem, Matrona maritum,  
 Quòd pia defendit, dum furit ecce pater.  
 Rapta fuit tandem per vim, post fata parentis  
 Hac vi Dauidi tradita rursus erat.  
 Regali tamen hac nimium splendore superbit,  
 Despicit hunc animo nupta superba suo:  
 Praecedens arcam Domini dum pectore lato  
 Exultans gestit, iubila promit ouans.  
 Contemptum propter sed eundem, tempore lapsò  
 In sterili tandem vixit & ipsa thoro.

## A B I G A I L.

118

ABIGAILIS, Nabalis Carmelitæ vxoris, ma-  
 tronæ honestissimæ, prudentia & pulchritudine  
 ornata, placidis moribus iniurias mariti morosi  
 & temulenti perferentis, eunq; ex manibus  
 Dauidis sua intercessione eripientis, mortuo  
 viro, eidem nubentis, in absentia Dauidis ab  
 Amalechitis raptæ, eidemq; iterum reductæ, ex  
 eo vnicum filium procreantis. 1. Regum 25. cap.  
 2. Regum 3. cap.

*A*Bigail celebris forma Matrona Nabalis  
 Coniunx lacteolis ipsa decora genis.

Pectore

Pectore stultitiam placido tulit ipsa mariti,  
 Ebrius hic quoniam virq; malignus erat.  
 Eripit hunc manibus Davidis, & ipsa periculis  
 Exemit vitæ, dum struit insidias.  
 Post obitumq; viri petulantis, iungit eandem  
 Rex David thalamo, fulcra cupita petens.  
 Quæ comes exilij dum cladibus obrutus esset,  
 Lenit & ærumnas tristitiamq; fugat.  
 Hæc Amalechitis, absens ut, rapta, vicissim  
 Adiuncta præda, rege reducta fuit.  
 Paceq; composita tandem transfertur Hebrone  
 Regali, natum iuncta thoroq; parit.

## BATHSABEA.

119

BATHSABEÆ, foeminæ facie venusta & ni-  
 tore insigni conspicuæ, domi lauantis, à Dauide  
 conspectæ, illicito amore eius flagrante, Uriam  
 maritum, ut ab Ammonitis interficiatur, in aci-  
 em sistente, ad Regem adductæ, filiolum vetito  
 thoro parientis, eo defuncto, Salomonem in lu-  
 cem procreantis. 2. Reg. ii. cap. Psal. 51.

Eximie mulier generosaq; Bathseba formæ  
 Rege, domi postquam foemina, visa, lauat.  
 Illius illicito subito Rex ardet amore,  
 Insidiasq; viro fraude latente struit.  
 Sistitur hinc turmis & Urias, Rege iubente  
 Ac Ammonita casus ab hoste perit.  
 Regis & est aulam post mortem ducta mariti,  
 Regina nomen consequiturq; Nurus.

K

Cretus

*Cretus adulterio moritur mox filius eius  
 Ceu regi vates dixerat ipse Nathan.  
 Mater fit tandem Regis Salomonis, eidem  
 Per vatem nato regia sceptrum dicat.  
 Hanc Rex in solio celso veneratur honore:  
 Atq; diu terris huic superesse datur.  
 Deleta tandem Salomonis stirpe Nathanes  
 Dauidis natus regia sceptrum tenet.*

## A M N O N.

120

AMNONIS ex vxore, Achinoë, Dauidis filij primogeniti, amore illicito flagrantis, sororem Thamarim, persuasu Abinadabi patruelis violenter comprimētis, eandemq; incesta consuetudine pollutam ex ædibus propellentis, ab Absolone, post illatam sororis ignominiam, elapsis duobus annis, in regali conuiuio, inter pocula, obtruncati. 2. Reg. 3. & 13. cap.

*AChinoë natus Dauidis, coniuge cretus  
 Hanc Amnon trepido duxit in exilio.  
 Quæ sibi chara fuit socio quoq; foedere iuncta  
 Regalis thalami splendida fulcra subit.  
 Hic iuuenis Veneris Paphia deceptus amore,  
 Flagrat ut incenso pinea tæda foco.  
 Ex alia Thamarim fuerat quæ matre sororem  
 Expetit ut faciat, rege iubente cibos.  
 Dum simulat morbum, suasu patruelis iniquo:  
 Hanc vi compressit, fraus manifesta patet.  
 Afficit hanc probris, hanc auersatur & odit  
 Haud precibus motus, pellit eamq; domo.  
 Absolone pollutam conspexit ut ipse sororem*

Ince-

*Incestu, facinus nec tamen iste dolet.  
 Nec pater hunc verbis castigat, mente repostum  
 Haeret, vindictae dum memor esse cupit:  
 Splendida regali celebrans conuiuia luxu,  
 Inuitat natos Regis & ipse simul.  
 Et postquam Baccho spumantia pocula miscent  
 Obtruncat furtim, patris & hostis erat.*

## ABSOLON. 121

Absolonis Dauidis filij tertij ex Maacha filia regis Gessureni, praeclearis ingenij dotibus ac dignitate corporis praecellentis, interfecto fratre Amnone tres annos extra patriam comorantis, eoq; reuocato patris conspectum fugientis, gratiam per Ioabum impetrantis sed nihilominus bellum contra patrem mouentis, eundem fugantis in pugna propulsi, caesarie inuoluta, de ramo pedentis tribus hastis a Ioabo Duce transfossi nullam memoriam praeter colossum post se relinquentis. 2. Regum 1. 3. 2. Reg. 19. cap.

*Maachides regis Dauidis coniuge natus  
 Quae Gessureni filia regis erat.*

*Corporis ac animi praeclearis dotibus auctus:  
 Ulter erat fratris quem quoq; fraude necat.*

*Annos tres extra patriam versatur & idem  
 Dum reuocatus adest, attamen ipse fugit.*

*Aspectumq; patris vitat patrioq; fauore  
 Deuinctus, flammis eius adurit agros.*

*Hinc animis procerum traductis, deniq; vulgi  
 Autor commotae seditionis erat.*

*Indeq; belligeras violento Marte Phalanges  
 Concitat, e regno pellit & ipse patrem.*

Occupat hinc regnum, stupro se polluit audax,  
 Turpibus ex actis fanda nefanda patrans.  
 Cumq; patris Ducibus Geticis congressus in armis  
 Pellitur, & celeri dat sua terga fuge.  
 Casarie ramis quercus dum voluitur ipse  
 Pendet, spumigero frena relaxat equo.  
 Cui pectus tumidum transfossam cuspide terna  
 Contextum saxi, corpus humiq; cubat.  
 Nec linquit natos terris, præterq; colossum  
 Corporis effigiem, qui notat ecce sui.  
 Nemo magis cædem violentam plorat in vrbe,  
 Quàm David mæstus, voce gemente, pater.

## ADONIAS.

122

ADONIAE, ex Agide, Dauidis filij, Duces  
 regis Ioabum Sacerdotem ad conspirationem  
 ad se allicientis, contra patrem cupiditate regnã-  
 di tumultus excitantis, in conuiuio regali & o-  
 piparo, cum complicibus Salomonem in Re-  
 gem electum percipientis, fugientis, nec à fra-  
 tre gratiam impetrantis, iussu Salomonis inter-  
 fecti. 2. Reg. 3. cap. & 3. Regum 1. & 2. capite.

AGide qui cretus Dauidis coniuge natus  
 Adonias, iuuenis seditiosus erat.

Affectans regni moderari sceptrapaterni,  
 Contra conspirat fraude latente patrem.

Ambitioq; Ducem vexat vesana Ioabum,  
 Abiathar & Mystes ambitione furit.

Ut verò celebrant blando conuiuia Baccho

Ap-

*Appositis epulis, quod parat Adomas.*

*Nuncius affertur Salomonem scepra tenere :*

*Unxit quem Vates, quem pater ipse creat.*

*Sed cum fama fuit, de rege, relata, recedunt*

*Hi socij, celeri dant quoq, terga fuge.*

*Ipsęq, thuricremas supplex secessit ad aras,*

*Utq, sibi parcat frater & ipse petit.*

*Affectat dum connubio Sunamitidis ipsum*

*Regnum, Rex Salomon talia ferre nequit :*

*Anulsusq, loco sacro vi, fana relinquit,*

*Transfossus sica, rege iubente, cadit.*

## NATHANES.

123

**NATHANIS**, Daudidis ex Bathsabea coniuge adoptiui filij, plurimum à patre redamati, conditione quadam, si altera extincta foret, alteram superstitem succedere debere (Salomonis enim stirpe extincta, Ioas ex prosapia Nathanis succedit) constituentis. 1. Paralip. 3. cap. 2. Reg. 5. cap. Lucæ 3. cap.

**B**athsabea, cretus, Natus, genetrice Natha-  
Daudidis regis, carus & ipse patri. (nes

Heredem regni quem cum Salomone propinquū

Constituit, simili conditione pater.

Alterius postquam stirps nati morte soluta

Proximior teneat regia scepra patris.

Posteritas igitur Salomonis nulla superstes

Cum foret, ast eius mater iniqua fuit.

Sustulit hæc omnem prolem, mirabile dictu,

K 3

Sal-

*Saltem sed Ioas, stirpe Nathanis erat,  
Ereptus iuuenis technis regnoq<sub>3</sub> potitur,  
Hunc Lucas regis collocat ipse loco.*

## G A D V S.

124

G A D I Prophetæ, in Iudæam è Moabitarum regione Dauidem ab exilio reuocantis, cū Rex propter numerationem populi, DEVM grauitèr ad iram prouocasset, & idem ex tribus plagis pestem elegisset, eadem nimium grassante, instinctu Angeli, regē, pro Numine offenso arā extruere, iubētis. 1. Regū 22. ca. 2. Reg. 24. 1. Paralipp. 29. cap.

*Dauidem reuocat, miser ut detruditur exul,  
Qui Moabitarum finibus, ipse Gadus.*

*Climatè Iudæo, populo quò notior esset:*

*In patria liber, tutus & esse queat.*

*Ut Io v æ potius quam Regi sit tribuenda*

*Hec virtus, patriæ dum reuocatus adest.*

*Idem cum populum Vates numerare iuberet,*

*Rex plagisq<sub>3</sub> tribus, seligit ipse luem.*

*Exiliumq<sub>3</sub> famem nec pascit, sed tamen ipsa*

*Dum seuit pestis, plurima plebsq<sub>3</sub> cadit.*

*Aligeri monitis Vates hortatur ut aram*

*Extruat hic sacram, Rex, in honore DEI.*

*Offerat aut Io v æ pingues, holocausta, per aras,*

*Impetret, aut veniam supplice voce gemens.*

*Haud dubiaq<sub>3</sub> fide DEVS huic delicta remittet:*

*Vult pura siquidem religione coli.*

## N A T H A N.

125

Nathanis Prophetæ clarissimi, ad Dauidē ablegati, de regni felici & futura successione, exoptatissima



ptatissima eidem proferentis, eundem propter  
adulterium, & admissam cædem, tectis quidem  
verbis, sed liberrime tamen obiurgantis, iramq;  
offensi Numinis, ex admissis peccatis, graui com-  
minatione denanciantis, vicissim eidem si dole-  
at propter admissa delicta gratiam & absolutionem  
eorundem pronunciantis, Salomonem filium Re-  
gis, vera pietate instruētis, in seditione Adoniæ,  
pro eiusdem causæ defensione, plurimum anniten-  
tis, deinceps ex iussu Dauidis, filio discipulo, dia-  
dema, habita commendatione ad populum, im-  
ponentis. 2. Reg. 7. 12. cap. 1. Paralip. 17. 3. Re-  
gum 1. cap. 2. Paralip. 9. 29. cap.

*C*Larus erat Vates, David cū sceptra gubernat  
Ipse Nathan, Regi nuncia grata tulit:

*Quod mansura, refert, regni moderamina, verbis  
Arguit hunc cædis: Quod sit adulter ait.*

*Et quamuis rectè, tamen hunc obiurgat, eidem  
Nunciat hic iram Numinis ipse sacri:*

*Quam sibi peccatis tunc irritasset iniquis:  
Sin doleat, placidum sentiat esse DEVM.*

*Illum decepit tandem temerarius error,  
Dum Dauid iubet condere templa, DEO.*

*Error at hic nutu sacro detectus aperte,  
Rex melius sentit, notitiaq; valet.*

*Preceptor Regis Salomonis factus, & idem  
Instruit hunc vera cognitione DEI.*

*Excitat Adonias dum lites atq; tumultus  
Defensor causæ, non sine laude fuit.*

*Dauidis iussu tandem diadema, Propheta  
Imponit capiti, discipuloq; fauet.*

K 4

ABIA-

ABIATHARIS Sacerdotis, filij Achimelechi, à Daëgo interemti, sub imperio Sauli Regis, ad Dauidem se conferentis, Absolone patrem persequente, exilium cum eo sibi eligentis, propter singularem fidem, & patris memoriam laudabilem, à Dauide dignitatem Sacerdotij summi acquirentis, eo immemore verò talium meritorum, cum Adonia ob id in agrum Anathotensem relegati, vitam expertem officij finientis. 1. Reg. 21. 22. 24. 30. cap. 2. Reg. 8. 15. 20. cap.

*Abiathar Mystes & filius Achimelechi,  
 Quem necat ense minax trux homicida Döög.  
 Saulus sceptrum tenet Dauidi iungitur ipsi,  
 Pectora coniungit non simulatus amor.  
 Absolone persequiturq; patrem, dū bella mouebat,  
 Exilij Regis tunc cupit esse comes.  
 Pontificis verò tribuit Rex inclytus illi  
 Officium, propter tamq; fidemq; patris.  
 Oblitus verò meritorum, seditionem  
 Excitat, Adonias illius autor erat.  
 Et dum conspirat, Salomon hunc ecce relegat,  
 Priuatus vitam finit & orbe suam.*

SADOCHI filij Achitobi, ab Eleazare filio, Aaronis summi pontificis creti, à Dauide honore summo habiti, cum eodem difficultates exilij tole-

tolerare haud recusantis, ablato Sacerdotij ab  
Abiathare munere, idem Salomone consenti-  
ente, acquirentis. 2. Reg. 8. 15. 20. cap. Salomo-  
nem vngentis. 3. Reg. 11. & 3. Reg. 2. capite.

*Sadochus Mystes, Eleazare, stemmata traxit.*

*Filius Amramide, natus & Achitobi.*

*Iessides summis affecit honoribus ipsum,*

*Flebilis exilij nec negat esse comes.*

*Que facienda tamen tacite denunciat illi*

*Per natum, pariter que fugienda monet.*

*Abiathar postquam priuatur munere Mystes,*

*Sadocho Salomon munus id ipse locat.*

*Hac quoniam longo durauit tempore stirpe,*

*Illius ex sancto munere dignus honor.*

## IONATHAS, ET ACHI-

M A A S. 128

IONATHÆ, Abiatharis, Achimæ, Sado-  
chi filiorum, explorato consilio Absolonis, non  
sine periculo vitæ à quodam seruo, prodito-  
rum, cum in fuga ab ancilla in puteum demit-  
tuntur, ex insidijs insequentium militum (sica  
enim transfosso Absolone Achimaas primum  
nuncium retulit, alter Ionathas Adoniæ restitit)  
ereptorum. 1. Reg. 15. 17. & 18. cap.

*Filius Abiatharis Ionathas, & filius alter*  
*Achimaas Sadoch, promptus uterq; fuit.*

*Prefecti rebus sacris minimeq; verentur*

K 5 Explora-

Explorare quid hic Absolo natus agat.  
 Illius ut technas exquirunt clamq<sup>3</sup>, nocentes  
 Exponunt Regi tutus ut esse queat.  
 Maachide seruus prolata referre videtur,  
 Prodidit hos etiam, non sine fraude, viros.  
 Et dū mandabat simul hos comprehendere furtim,  
 Castellum repetunt hospita fida tegit.  
 In puteum siquidem demisit fortè profundum,  
 Ac hostes fallit, ne nocuisse queant.  
 Rex trans Iordanem, monitus, secessit & ipse  
 Liber & euadens plura pericla cauet.  
 Absolo quod natus transfossus cuspide terna  
 Achimaas retulit tristia verba patri.  
 Restitit Adonie Ionathas technisq<sup>3</sup>, repugnat  
 Ad Iudaeq<sup>3</sup>, tribum missus uterq<sup>3</sup>, fuit.  
 Qualiter affectus Rex David, quidne requirat  
 Dum redeunt ambo nuncia grata ferunt.

## O Z A.

129

OZ. Æ filij Aminadabi, arcam sanctam ex ædi-  
 bus paternis eductam cū fratre obseruantiae cau-  
 sa, prosequenti, bobus illicò calcitrantibus, cum  
 firmè arca Domini euersa fuisset, admota ma-  
 nu, eandem tangentis, ob hunc attactum (cum  
 solis Sacerdotibus hanc tractare concessum) re-  
 pentina morte extincti. 2. Regum 6. cap.

Oza domo patria digressus Gabaonites  
 Arcam prosequitur, quæ modò ducta, DEI.  
 Frater eratq<sup>3</sup>, comes, sed ut hæc est vecta repētè  
 Ruricolis subitò bennaq<sup>3</sup>, versa bobus.  
 Et ne fracta cadat, manibus mox sustinet illam.

Pro-

*Propositoq; bono, dum quoq; tacta fuit.  
Concidit hic subito vacuas & migrat in auras,  
Ob casum David tota cohorsq; stupet.  
Nempè Sacerdotes debebant tangere saltem  
Hanc, aſt oblitus muneris ipſe cadit.*

## V R I A S .

130

*VRIÆ* Hetthæi, viri strenui, & heroica virtute celeberrimi, coniugem Bethſabeam, ingenio & forma præſtantē (quæ à Davide poſtquam cōſpecta fuerat, mox rapta) matrimoniali fœdere coniunctā habentis, arca DOMINI & exercitu in caſtris cōmorante, ad vxorē ingredi, eandemq; attingere, recuſantis, dimicante in acie pro patrijs focis, hoſtibus obiecti, telo læſi, & ex proditione Davidis, aſſenſuq; Ioabi, indignè occiſi. 2. Reg. 11. cap. 3. Reg. 15. cap.

*HEROAS fortes inter vir clarus Vrias  
Hetthæus pariter connumeratus erat.  
Illius vxorem viſam pelliectus amore  
Davides rapuit, polluit atq; thorum.  
Illa ſed ut prægnans caſtris vocat inde maritum,  
Quò celet regis, turpia facta, rogat.  
Aſt regis turmus in caſtris arca repoſta  
Dum fuit hîc Domini tecta nec ipſa ſubit.  
Vir pius vxorem nam tangere voce recuſat.  
Interea rechnas Rex ſtruit ipſe viro.  
Immemor ac omnis pietatis, fraude latente  
Iſtigat quò vir Marte furente cadat.  
Pugnat ut hic acie, ceu Rex præceperat ipſe  
Pro patria, telo læſus ab hoſte fuit.*

Pro-

*Proditione simul Davidis & inde Iobab  
Immeritò ferro concidit atq; perit.*

## ETHAIUS.

131

ETHAI, profelyti & Gethæi, Davidis Capitanei, & amici fidelis, eundem à filio Absolone fugatum, in exilium sequentis, neq; rege permittente ab eo discedentis, contra Absolonem, postremò expeditionem ducentis. 2. Regum 15. cap.

*ETHAIUS Davidis erat tam fidus amicus:*

*Dux Regis, populi sit comes ipse DEI.*

*Maachides contra Davidem pugnat ut armis:*

*Pulsus in exilium gaudet is esse comes.*

*Rex hunc ut iussit patriosq; subire penates,*

*Non tamen abcessit, nulla pericla timens.*

*Optat & hic potius discrimina mortis adire,*

*Labentis vitæ vel comes esse cupit.*

*Et contra natum turmas mouet ipse minacem,*

*Postremò Regis, Martia bella ciens.*

## CHVSATIUS.

132

CHVSATI Arachitis, Davidis consiliarij fidelissimi, ipsi in fuga occurrentis, non temporis, sed ipsius amicum, ingenuè profitentis, ad Absolonem se conferentis, in numerum consiliariorum adsciti, Achitophèle Davidem persequendum constituyente, Absolonem, ut pater aufugere tutius posset, in contrariam sententiam  
allici-

allicientis, eiusdem interitum Regi annuncian-  
tis. 2. Reg. 15. 16. 17. cap. 1. Paralip. 27. capite.

**C**onsilio pollens Chusaius regis amicus  
Adstitit huic, nato pulsus ut ipse fugit.  
Exily comitem profitetur se fore fidum,  
Sine frui pariter prosperitate cupit.  
Temporis hic etenim minimè sed regis amicum  
Afferit ingenuè, ne dubitare queat.  
Ut redeat suadet Rex urbem, seq̄<sub>3</sub> furenti  
Subijciat nato, qui modò bella ciet.  
Inprimis verò remoratur & Achitophelis  
Consilium, fallax ne nocuisse queat.  
Se iungens nato Regis, mox suscipit illum,  
Detegit huic mentis sensa profunda sua.  
Achitophel postquam Davidem nocte sequente  
Armis censeret vel quoq̄<sub>3</sub> Marte premi.  
Chusaius verò technas auertit & arma,  
Interea David hoste latente fugit.  
Noctis & unius spacio distante salutem  
Consequitur, pariter tutus ab hoste manet.  
Absolo, cum triplici transfossus cuspide, natus  
Chusaius regi nuncia prima tulit.

## BARCILLAIUS. 133

**BARCILLAI** Galaaditis, viri opulenti &  
magnifici, erga Davidem munificum se præben-  
tis, ob beneficentiam talem in aulam Regis ac-  
citi, propter senium & ætatem decrepitam, eo  
tempore octoginta annos excedentis, ruri po-  
tius,

rius, siue in patria permanere, aut mori constituentis, aliàs tamen à Rege summo in honore habiti. 2. Regum 19. capite.

**B** Arcillaius erat vir diues Galaadites,  
Attalicas cui non arca negabat opes.

Sese munificum Dauidi præbuit autem,

Dat victum turmis, Rex ut egenus erat:  
Dauidi gratum fuit hoc tam, rursus ut ipsum  
Aula præfectum constituatq; suæ.

Denegat id verò, cum sit cui tempora canent

Vir quoq; grandæuus, decrepitusq; senex.

Cui nec sit cura, mollis nec splendida vita,

In patriaq; velit viuere siue mori.

Ipse sed ut gratus saltem, Rex inde Chamanem

Suscipit, illius quò memor esse queat.

Vicinus morti Salomoni præcipit idem

Præbeat ut natis, regia mensa, cibos.

## S I B A.

134

' Sibæ, Miphibosedi quæstoris, sua cõmoda spectantis, Dauidi ab Absolone fugato, com meatũ largientis, filio seditioso triplici hasta à Ioabo interemto, quindecim filijs, viginti vernis, atq; colonis fortissimis, Dauidi obuiã veniētis, eidẽq; vada Iordanis aperientis. 2. Reg. 9. 16. & 19. capite.

**C**ommoda qui spectat sua quæstor Miphibosedi

Siba fuit, nummi quemq; cupido trahit:

Exul ut à nato Dauides pulsus iniquo

Suggerit huic sumtus, prospicit atq; libens.

Accusat falso sed crimine Miphibosedum.

Atq;



Atq; potitur ijs, fraude latente, bonis.  
 Absolo nam postquam traiectus pectora ferro  
 Occurrit Regi gratificando suo:  
 Adiunctis natis, famulis, pariterq; colonis  
 Huic aperit gelidum Iordanis ipse vadum.  
 Quòd fuerat constans, quòd gratus, rege fauente,  
 Ille bonis fruitur, sed modò parte caret.

## S E M E I V S.

135

Semeij, filij Geræ, agnati Regis Saulis, hominis prauū, Dauidem à facie Absolonis fugientem, acerbissimis sarcasminis vexantis, ac lapidibus insectantis, percepto Absolonis interitu, veniam petulatiæ suæ deprecātis, tandē interdictū Salomonis violātis, mortuo Dauide, ex edicto ipsius Salomonis interemti. 2. Reg. 16. 19. & 3. Reg. 2. ca.

Semeius vir prauus, iners, Dauidis & osor  
 Afficit hunc probris, pulsus ut exul erat.  
 Absolo cumq; ciet vexilligerasq; Phalanges  
 Ipse patrem contrà ( cuiq; molestus erat. )  
 Blasphemias edit voces, iclurnq; minatur,  
 Ast animo facili Rex pius ista tulit:  
 Illi nec fieri, vim passus milite diro,  
 Fit Regi supplex Absolo quando perit.  
 Et trans Iordanem traducit flumen eundem,  
 Delicti veniam consequiturq; sui.  
 Interdixit ei Salomon ne forsitan urbem  
 Exiret, mortis nireus esse velit.  
 Iussa sed ut violat, seruos sequiturq; fugaces  
 Hoc propter capitis suppliciumq; tulit.

## A C H I T O P H E L.

136

ACHI-

ACHITOPHELIS consiliarij Dauidis, summa  
æstimatione & autoritate apud regem habiti, ab  
ipso in magna consternatione Regis deficientis,  
vt Dauid comprehenderetur, postea consilium  
ineuntis, consilio repudiato, autoritate Chusaij,  
præ indignatione & desperatione, ex vrbe di-  
scedentis, & vitam iniecto laqueo finientis. 2.  
Reg. 15. 16. & 17. cap.

*Achitophel Dauidis erat vir magnus in aula,  
Ponderis & multum verba relata tenent.*

*Illa valent, ceu sint oracula reddita cælo,*

*Ille sed haud constans in probitate fuit.*

*Deficit, & Regi nec fidus vt antè solebat,*

*Hunc ob defectum Rex pius ecce dolet.*

*Perfidia tanta delusus qui vereatur*

*Haud, qua Rex possit fraude vel arte capi.*

*Maachidæ suasor, quò possit luce micante*

*Commaculare sciens vincula casta thori.*

*Huius consilium sed cum minimeq; valeret,*

*Sed Chusæ potius verba recepta valent:*

*Percitus est ira, discessit & vrbe remotus,*

*Desperans torto collaq; fune ligat.*

## S E B A.

137

Sebæ, filij Bichri, iuuenis audacissimi & sedi-  
tiosi, ablata Absolonis seditione, alios tumultus  
excitantis, tribusq; Israëlitarum à tribu Iudæ ab-  
alienantis, in obsidione oppidi Abelæ persuasus  
fœminæ cuiusdam à ciuibus terrore percussis, i-  
bidem capite truncati, & extra vallum proiecti.  
2. Regum 20. cap.

An-

*Adax Seba fuit iuuenis minus atq; quietus :  
Terrores ciet hic Absolo quando perit.*

*Israëliticasq; tribus diuellit vt osor,*

*Distrabit à Indæ dissociatq; tribu.*

*Illius vt David fraudes technasq; latentes*

*Percepit, statuens qua queat arte capi.*

*Praefectosq; suos emisit, cinxit Abelam*

*Obsidione graui, captus ibiq; fuit.*

*Ast ciues tumidi, ceu foemina suasit iisdem*

*Moenibus abscissum proijciuntq; caput.*

*Urbs manet incolumis, ciues sunt deniq; tuti*

*Excidio, dum vir casus ab ense cadit.*

## IASABEAMVS.

138

Iasabeami, filij Hachimonis, viri dignitate fortitudine conspicui, Dauide à Saulo persecutionem patiente, ad eundem in speluncam Odollam confugientis, Philistinos trecentos, siue octingentos, iuxta sacræ historiæ seriem, vno conflictu, prostermentis. 2. Reg. 23. cap. 1. Paralip. 11. cap.

*Filius Hachimonis vir prudens Iasabeamus*

*Viribus egregijs, strenuus atq; fuit.*

*Persequitur Saulus dum Regem, venit Odollam*

*Hic in speluncam, Rex vbi nempè latet.*

*Optimus ast quisquam, varijs vt cladibus actus*

*Tempore difficili, Marte furente, fuit.*

*Dauidis turmis se iunxit, pugnat in armis*

*Vir fortis nullis cessit & ipse minis :*

L

Indè

*Inde Philistinos vicit, sternitq; trecentos  
Aut octingentos, turba repressa cadit.*

## ELEAZAR.

139

Eleazaris filij Dodi, inter Heroës Daudis inclyti Regis secundum locum obtinentis, virtute bellica, ad irritandos hostes Philistæos, exercitum liberantis, in summo discrimine, & vitæ periculo fortiter pro patriæ libertate dimicantis, victoriam laude dignam, profligatis hostibus, obtinentis. 2. Regum 23. cap. 1. Paralip. II. cap.

*Eximios Eleazar erat Daudis in aula  
Inter is Heroës, filius atq; Dodi,  
Hoste Philistæo turmas qui liberat ipsas,  
Fortiter & pugnat, tela nec ulla pæuet.  
Res ut erat summo discrimine, nonq; recessit:  
Illius inq; manu sica retenta fuit.  
Ut minimè passus sit vi sibi sumere ferrum,  
Præ sudore licet sit minus apta manus.  
Clara trophæa locat, socijs concedit ut hostes  
Deuictos spolient, hic ut anhelus erat.*

## SAMMA.

140

Sammæ, Agæ filij, Hararitis inter Heroës Daudis tertium locum obtinentis, in direptione agelli cuiusdam ab hostibus Philistinis, villam armis defendentis, socijsq; aliqua ex parte fugatis, minimè tamen stationem suam & aciem

ciem relinquentis, ab hostibus amplam victori-  
am reportantis. 2. Regum 17. cap.

*Samma viros inter Davidis tertius Heros  
Eximios, miles strenuus ipse fuit.*

*Namq; Philistinos inuadit bellipotente  
Marte, cohors vastat iugera quando soli.*

*Ipsam defendit villam, licet inde fugati  
Sint socy, constans in statione manens.*

*Dimicat & solus, bellatis hostibus ampla*

*Quiq; trophæa tulit, victor ut ipse redit.*

## BANAIA S.

141

Banaia, filij Ioadæ, viri fortissimi inter He-  
roës sui temporis præcipuum locum obtinen-  
tis, castella duo Moabitarum, cum præfectis ca-  
pientis, Ægyptium prouocatorein & Gigan-  
tem staturæ quinq; cubitorum, excussa sibi ha-  
sta, pedo aggredientis, eundemq; telo pro-  
sternentis, à Dauide in aulam acciti, & loco  
Ioabi, à Salomone, exercitibus regijs substi-  
tuti. 1. Paralip. 12. cap. 2. Regum 8. 20. cap. 3.  
Reg. 1. 2. & 4. cap.

*Heros cui nemo similis fortisq; Banaias  
Tempore quo vixit, laudeq; dignus erat.*

*Hic Moabitarum cepit castellaq; bina*

*Præfectis iunctis, cumq; cohorte sua.*

*Cisternam lapsum non armis fortè leonem*

*Strangulat, aëst potius fortiter ipse manu.*

*Ægypto quendam cretum, rabidumq; Gigantem*

L 2 / Enecat

*Enecat ipse pedo, cuspis adempta cadit.  
 Ulnis quinque fuit procerus, robore prestans,  
 Dignus & aspectu, vir validusque fuit.  
 Ut sit prefectus turmarum regius, illum  
 Accersit David, actaque cuncta regat.  
 Rex ut sit custos Salomon quoque corporis optat  
 Accersitus adest, Martia castra regens.  
 Adonias quoniamque Ioab pariterque Semeius  
 Extincti fortes Marte furente Duces.*

## HADADEZER. 142

Hadadezeris Regis Sobæ ultra Euphratem  
 imperij habenas adiunctis exercitibus & copijs  
 regis Damasceni protrahentis, à Dauide cum  
 socio Rege deuicti, magnam ac opulentam  
 prædam amittentis, bella vicissim Sobacho mo-  
 uentis, cæsis à Dauide quadraginta millibus mi-  
 litum, octo & quadraginta fugatis, eodemque  
 Duce occiso, cum Rege Dauide pacem ineuntis.  
 2. Regum 8. & II. cap.

*Hadadezer dum sceptrum tenet vir fortis in ar-  
 ma, Damasceno præside rege, ciet. (mis  
 Imperiumque suum protraxit fertilis ultra  
 Euphratis fluctus, Martia castra locans.  
 Hunc armis David vincit validaque cohorte  
 Rex socius dubia strage repente fugit.  
 Victus, equis David nervos incidit isdem  
 Et prædam templo consecrat ipse sacro.  
 Aurea sunt ex qua tandem conflataque vasa*

*Adem*

*Ædem quæ decorant, ara, columna, sacram.  
Excitat utq; nouos iterum Bellona tumultus  
Sobachum misit, cumq; cohorte Ducem.  
Hac quadraginta, pariter propellit, & octo,  
Qua pugna miles fortis ab ense cadit.  
Clade fuit domitus tam grandi, Marte repulsus,  
Isacida, pacem, regeq; solus inuit.*

ANNON, AMMONI-  
T A.

143

Annonis Regis Ammonitarum, Naæ filij, Dauidis ad se honoris gratia legatis emissis, rasis antea barbis, ac vestimentis scissis contumelia afficientis, Dauidem hanc iniuriam ulturum animaduertentis, militem inde conscribentis, Regum è Syria amicitiam ac societatem sibi querentis, 2. Reg. 10. capite.

*AMmonitarum Rex Annon hostis Ebræe  
Plebis erat rapidus, filius ipse Naæ.  
Ad se quos Dauid legatos misit ab arce  
Afficit hos probro, sic male gratus erat.  
Nam partem barbe radi quoq; vestis & oras  
Præscindi iussit, iura sed illa vetant.  
Ulturum sciret cum Regem facta maligna  
E Syria reges conciliare studet.  
Cum verò turmas geminas, cum fratre Ioabus  
Producit, subito promptus ad arma ruit.  
Ipse Syros grandes propellit Marte Ioabus  
Ac Ammonitas frater & inde fugat.*

L 3

A 12

*At Ammonitæ dum bella furentia torquent,  
Depulsi, Syrii subsidiumq; negant.*

## H I R A M V S T Y-

R I V S .

144

Hirami Regis Tyri, sapientissimi, cum Davide & Salomone, multis retrò annis, propter utriusq; regis sapientiam & virtutem singularem, fœdera iungentis, ad extruendum templum & regium palatium, materiam lignorum, & artifices excellentes mittentis, vrbes aliquot desertas, Salomoni possidendas attribuentis, classem vna cum Rege in Ophyram insulam, quæ Peruvia esse putatur, instruens. 3. Reg. 5. cap. 2. Reg. 5. 3. Regum 7. 9. cap. 2. Paralipo. 2. cap.

*Hiramus dū sceptrâ Tyri tenet inclytâ pulcrâ,  
Regis Davidis summus amicus erat.*

*Cum Salomone simul nato, mox fœdera iunxit,  
Ob dotes animi, carus uterq; fuit.*

*Condere quò possit Salomon venerabile templum,  
Regia quinetiam, condere tecta queat:*

*Materiam ligni misit, fabrosq; probatos  
Artifices pariter, quib; fore credit opus.*

*Huic triticum mittit Salomon oleumq; vicissim,  
Ne desint aule, fercula grata, dapés:*

*Urbes desertas aliquot, Rex donat eidem,*

*Quas reputat viles, quib; neq; splendor inest.*

*Cum Salomone citam classem Rex instruit inde*

*Insula*



*Insula quò possit notior esse sibi:  
In qua Dalmatici sunt pondera fulua metalli,  
Quæq; ferax opibus, quam superare student.*

## SOLOMON REX

III.

145

Solomonis Daudis è Bethsabea filij Regis sapientia & eruditione, omniumq; rerum scientia, omnibus alijs regibus in toto orbe terrarum antecellentis, Nathanem à patre, sibi constitutum præceptorem, habentis, ex promissis diuinis sapientiam à DEO impetrantis, templum DOMINI magnis sumtibus, & regiam splendido apparatu extruentis, à patre haud victos Duces in tributariam potestatem, nominis terrore perducentis, à Rege potente Tyri, & vicinis summo in honore habiti, à Regina Arabiæ, multos thesauros, ac opes acquirantis, deinceps in summa existimatione existentis, alienos Deos colentis, & amore illicito mulierum externarum flagrantis, obcæcati & decepti, annos quadraginta regnantis, anno quinquagesimo secundo ex hac vita euocati. Historia eius luculenter descripta extat 2. Reg. 12. cap. à primo capite 1. Reg. vsque ad vndecimum caput. 1. Paralip. 3. 29. & 30. cap. 2. Paralip. à primo cap. vsq; ad 9. caput.

*D*audis natus, Solymæ Rex inclytus urbis  
Bethsabea Salomon qui genitrice satius.

L 4

Instrui-

Instruitur teneris annis à Vate Nathane  
 Quo, capiti regni iuncta corona fuit.  
 Iussus ut à IOVA quaecunq; requirere vellet:  
 Expetit hic Sophia maxima dona sacra.  
 Iusta petita refert, sapientia summa refulget,  
 Accumulans gazas, Rex locuplesq; fuit.  
 Sumtibus & magnis templum venerabile struxit  
 Edificans arcis regia tecta sue.  
 Oppida turrigero munit circumdata vallo,  
 Extruxit classem, Martia castra locans.  
 Nominis ipse sui terrore coëgit & hostes  
 Quos domuit nondum Marte potente pater.  
 Inclutus ipse Tyri, virtutis, propter amorem,  
 Rex, illum coluit, donaq; larga dedit.  
 Hunc Arabum regina suis accessit ab oris  
 Muneribus, vires propter & ingenij:  
 Hunc admirati populi sunt undiq; terris,  
 Præ reliquis felix, quod sapiensq; fuit.  
 Ille sed haud potuit Veneris compescere fluctus  
 Externis nuribus colla manusq; dedit.  
 Blanditijs harum deceptus, mente labascit,  
 Ac idola colit, tunc fragilesq; DEOS.  
 Astarte posuit fanum quo vertice templum,  
 Montis erat IOVAE, scandala plura mouens:  
 Offenditq; DEVM grauius populumq; profanus,  
 Utraq; dum canent tempora iam senio.  
 Hic quadraginta felix regnavit & annos,  
 Dotibus huic terris par quoq; nemo fuit.  
 Et dum lustra sua vitæ numerauerat octo

Annos

*Annos atq; duos morte solutus obit.  
Virtutis monumenta sua Sophiaeq; relinquit  
Plurima, doctrinae scripta diserta probant.*

## ARABIAE REGINA 146

Reginae Arabiae inclytæ, rumore nominis & famæ celebritate Regis Salomonis, è Saba Hierosolymam cum principibus, & viris præcellentibus, selectiores thesauros ac preciosos lapillos, & frutices odoriferos secum ferentibus, accedentis, cum Rege inclyto & sapientissimo de pluribus ac abstrusis rebus conferentis, ob magnitudinem alterna collatione, sapientiæ eiusdem incomparabilis, admirantis, domumque reuersæ, nomen DEI, & regis ingenij sagacis solertiam magnis præconijs extollentis. 3. Regum 10. cap.

*Finibus ex Arabum veniens Regina remotis,  
Atq; Saba, Solymæ splendida tecta subit.*

*Regis quæ fuerat sapientis nomine mota*

*Illius ac famâ nec remoratur iter :*

*Principibus secum ductis regione feraci.*

*Illius ast comites præcipuiq; viri.*

*Apportat gazas ac fului dona metalli,*

*Et gemmas, frutices portat odoriferos.*

*Fertilis aut referam redolentia balsama terræ*

*Quæ Regi portat decolor Indus, Arabs.*

*Rebus ut abstrusis fit sermo, Rex ea cuncta*

*Rimatur solers, abdita causa patet.*

L S

Nec

*Nec quicquam Regē latet aut tectumq̄, videtur,  
 Sed causas rerum noscere ritè potest.  
 Et dum collatis sermonibus illa relata ;  
 Ob Sophiam Regis regia nupta stupet,  
 Obruta sicq̄ fuit, nil ultrà querere tentat,  
 Hanc intra metas continet ecce pudor.  
 Reginam demittit & hinc Rex inclytus ipsam,  
 Ex dono Regis muneraplura ferens.  
 Interpretes CHR I S T V S summus, collaudat eã-  
 Consilij magni, quod fuit ipsa sagax. ( dem  
 Thurilegos Arabas, Pancheaq̄ rura reuisens,  
 Laudibus hæc celebrat nomen in axe DE I.  
 Regis & hæc Sophiam, splendorem deniq̄ regni  
 Extollit populi, gentis & omne decus.*

## A D A D V S .

147

Adadi, in familia regia gentis Idumææ ori-  
 undi, Ioabo Duce stirpem masculam delentis,  
 ex ipsius manibus ætate adhuc tenera erepti, in  
 Ægyptum se recipientis, propter solertiam af-  
 finitate Regis Pharaonis coniuncti, in patriam  
 reuertentis, regionis Syriacæ partem armis sub-  
 iugantis, ex potentia & superbia, bellum aduer-  
 sus Solomonem mouentis. 3. Reg. ii. capite.

*G*Entis Idumææ de stemmate natus Adadus  
 Hostibus abreptus dum puer ipse fuit.  
 Omnem dum ferro delet Dux ecce virilem  
 Ipse Ioab sexum, nemoq̄, tutus erat.  
 Exul hic ignotas Ægypti fertur ad oras,

Longi-

Longifluus Nilus cuius inundat agros.  
 Reginae Pharia, lecto sibi iuncta iugali.  
 Ingenij dotes propter, & ipsa soror.  
 Hinc redit in patriam, summos euectus honores,  
 Ac Syria partem Marte potente domat.  
 Dumq; sibi Bellona fauet, mouet ocyus arma  
 Aduersus Regem qui modo sceptrum tenet.  
 Ac abigit praedas furtim de limite Regis  
 Aufugit utq; cuncta arma repente Duces.

## REZON.

148

Rezonis filij Eliadae militis Regis in Soba  
 Hadadezeris, transfugae, ex successu, & per-  
 tinacia animi cum latronibus conspirantis, vr-  
 bem Damasci regiam occupantis, incursionibus  
 atq; latrocinij populum Israeliticum, praeter  
 Regem Solomonem, vexantis. 3. Reg. ii. cap.

Eliadae natus Rezon ac transfuga miles,  
 Regis qui Sobae sceptrum superba tenet.  
 Propter successum Dux moenia celsa Damasci  
 Praedonum pugnans occupat atq; furit.  
 Ifacidam gentemq; minax nec destitit armis  
 Oppugnare suis, nullibi tuta manet.  
 Sustinuit tantum robur Salomonis & arma  
 Eius, qui regum terror in orbe fuit.  
 Urbibus hunc saltem vicinis ipseq; campis  
 Nunc validis armis vim tulit atq; grauem.  
 Propter & haec idola fuit cultusq; profanos  
 Permissum, quod Rex non colit axe DEVM.  
 HIRA-

## HIRAMVS ARTI-

FEX.

149

Hirami, ex patre Tyrio, & matre Hebræa progeniti, de tribu Neptalim & Dan oriundi, Regibus Tyri propter excellentiam ingenij & artis, summo in honore habiti, ad Regem Salomonem missi, templum DEI, & ipsam regiam, tanta peritia, vt nullibi similia ædificia reperiantur, extruentis. 3. Regum 7. cap. 2. Paralip. 2. cap.

*O Mnes artifices Tyrius superauit in arte*

*Hiramus fabrica, par sibi nemo fuit.*

*Regibus ipse Tyri charus, vir summus in aula*

*Ingenij propter maxima dona, fuit.*

*Mittitur ad Regem Salomonem, fama relata*

*Ut fuit, hic templum, regia tecta struit.*

*Quod superat terris ædes, monumenta vetusta,*

*Quotquot erant, superat quod Babylonis opus.*

## ADONIRAMVS.

150

Adonirami, viri spectatæ diligentia & solertia, Regis Salomonis, summi quæstoris (dū templum DEI, ac regia palatia, atq; alia ædificia extrueret) ad inspicienda opera fabrorum, ac lapididarum, præfecti. 3. Regum 4. & 5. cap.

*Vir solers, celebrisq; fuit simul Adoniramus*

*Lustret vt hic operas, rege iubente, datas.*

*Tantus enim Regis numerus fuit atq; caterua*

*Artifi-*

*Artificum, templi dum modo tecta struit.  
 Unus ut his praesit cunctis, ceu functio poscit  
 Munus id exequitur: Promptus ubiq; fuit:  
 Ceu Rex mandarat Salomon, quē rebus agendis  
 Praefecit, Quaestor laudeq; dignus erat.*

FINIS LIBRI  
 QUARTI.

*Hoc, Ecclesiola, moderamina regia dicta  
 Sunt libro, pariter gesta relata simul.*



DE

DE VIRIS  
SACRIS LITERIS  
ILLVSTRIBVS

*Joachimi Uvethmani  
Faurani,*

LIBER QVINTVS  
Regni Israëlitici, seu Sa-  
maritani.

IEROBOAMVS  
R E X I.

151

Ieroboami Ephratitis, filij Nebathi, & Salomonis Satrapæ, regis impij & pertinacissimi à Propheta Ahia decem tribuum, designati, ob metum in Ægyptum discedentis, mortuo Salomone reuertentis, in comitijs deinceps, communi suffragio ad regiam dignitatem euecti, religionem falso persuasum mutantis, aureos vitulos conflantis, & erigentis, ciues ac pios Sacerdotes in exilium depellentis, Prophetæ monitionibus haud obtemperantis, viginti duos annos regnantis. A 3. Reg. ii. capite vsque ad 15. cap. 2. Paralipom. 9. & 10. cap. historia eiusdem extat.

*Neba-*



**S** **N**ebathi natus, Salomonis, Ieroboamus  
 Satrapa precipuus, Rex tributūq; decem.

**A**st ubi iam volitat prænuncia fama per urbes,  
 Territus Ægypti rura propinqua petit.

**M**ortuus ut Salomon patrios subit inde penates  
 Rex proclamatur, lectus ut antè fuit.

**C**onsentit pariter, mutetur religionis  
 Ut status, ac teneat, regia sceptrà simul.

**F**inibus, hic regni vitulos fuluq; duobus  
 Auro conflatos, erigit, atq; colit.

**E**t sic deflectens à Numine Rex simulacris  
 Deditus & Mystas pellit in exilium.

**U**t verò vatem comprehenderet ipse momentem  
 Exaret tactu, nec viget ipsa manus.

**A**st iterum precibus vatis, velut antè vigorem  
 Acquirat subito, quæ minus apta fuit.

**A**rguit hunc verbis Ahias licet ipse Propheta,  
 Attamen illius nil valere mina.

**S**ic quoties libris fit mentio Regis iniqui  
 In sacris, palmam Ieroboamus habet.

**A**nnos viginti pariter Rex impius iste  
 Adiunctis binis, regia sceptrà tenet.

## AHIAS PROPHE-

T A.

152

Ahiæ Prophetæ Silonitis, animo vâtidico, alienationem regni à Salomonis stirpe prævidentis, obuiam Ieroboamo præfecto regio euntis, pallium suum in partes duodecim æqua-

æquales discindentis, decem eidem tradentis, eo signo regiminis amplissimi habenas, significantis, vxori Ieroboami, de morte filij consulentis, mortem pueri, & regis mariti, & totius posteritatis interitum vaticinantis. 3. Regum II. 14. cap. 2. Paralip. 9. 10. cap.

*DVM Salomon, Abias vixit, Rex sceptrā tene-  
Vates eximius, quæq; futura videt. (ret*

*Hinc successuræ Salomonis regia stirpi  
Numinis instinctu sceptrā negata refert.*

*Occurrens regis præfecto Ieroboamo  
In campo vestem dissecat ipse suam.*

*Diuidit in partes bissenas, tradidit illi  
Partes, hac seclā distribuitq; decem.*

*Quo signo regni spem firmam fecit apertè,  
Huicq; refert summus quid velit axe DEVS.*

*De studio veræ pietatis & erudit ipsum,  
Sed frustra tantum, nec valere mina:*

*Ut causam morbi coniunx natiq; requirit  
Filioli vates vltima fata refert.*

*Interitum pariter cum tota stirpe mariti  
Prædixit, verbis pondus inesse videt.*

PROPHETA ANO-  
NYMVS.

153

Prophetæ cuiusdam, è Iudæa ad regem Ieroboamum impium missi, de aræ Bethelensis destructione, præscia verba referentis, nomen euerforis Iosifæ exprimentis, à Rege ad iram permoto

moto, miraculose liberati, violato mandato  
DEI, cuiusdam Prophetæ hypocritici instinctu,  
vetito cibo vescientis, iterq; conficientis, à Leo-  
ne discerpti, extra patriam ab alio Propheta hu-  
mati. 3. Reg. 13. capite.

*Iudea Vates ad Regem Ieroboamum*

*Emissus quidam, præscia verba tulit.*

*Aram quod Bethles sit destructurus, & vnus  
Iosias dictus, quæ modò structa fuit.*

*Percitus hinc ira Rex vinculis ipse Prophetam  
Stringere constituit, sed manus ipsa riget.*

*Placatus rursus promittit munera Vati,  
Illa sed hic renuit, nec sibi grata refert.*

*Nescius haud numis quòd gratia namq; supremi  
Aut auro minime concilianda DEI.*

*Est iter ut iussus metiri, ne tamen ore  
Sumeret, aut potum, fercula, neue cibum.*

*Ad vatem quendam diuertit, vescitur ipse  
Panibus apposis, leditur axe DEVS.*

*Cum verò violat, statuit quæ Io v. A. supremus,  
Hunc laniat rabido feruidus ore leo.*

*Tenderet ut patriam tardo quoq; vectus asello,  
Corporis exuias extera terra tegit.*

NADABVS REX II. 154

Nadabi, Regis Ieroboami filij improbi, Phi-  
listinos cupiditate aut insolentia quadam re-  
gnandi bellum inferentis, vrbe Gebethonem  
obsidione cingentis, ex insidijs Regis Bœsæ in  
M castris

castris interfecti, annos tantum duos regni habenas administrantis, 3. Reg. 15. cap.

*I*nstinctu patrio prauus Rex ipse Nadabus ;  
Impius utq; pater Ieroboamus erat.

*I*nde Philistinis infert Mauortia bella

*Q*ui cupidus regni, regia sceptrum tenet.

*U*t Gethonem verò Rex cinxerat obsidione,

*A*mulus insidias huic quoq; Bæsa struit.

*O*pprimit hunc armis in castris Marte repugnans

*C*rudeli gladio cæsus ab hoste cadit.

*U*t Rex extinctus ferro stirps Ieroboami

*C*oncidit : Hæc vatis verba relata probant.

*I*pse duos quoniam Rex annos sceptrum tenebat,

*E*t vita donec tollitur ense truci.

### B O E S A R E X III. 155

Bœsæ filij Ahiaë, ex tribu Isascharis oriundi, scelere potius quàm hæreditario iure, ad regni habenas peruenientis, Prophetæ Iehi, & diuinis comminationibus, ab impietate sua haud deflectentis, pro interclusione aditus populi Asæ, Ramam munientis, fretus proprijs viribus & armis à Benhadada Syro deuicti, annos tantum viginti quatuor regnantis. 3. Regum 15. cap. 2. Paralip. 16. cap.

*R*egni sceptrum sibi non vi sed fraude parauit

*R*ex, Ahia natus, Bæsa malignus erat.

*C*um vatesq; Iehus Io v æ que sancta voluntas

*S*it declararet, nec sibi grata refert.

*I*mpietate

*Impietate sua desisteret ipse monebat.*

*Illum, sed vatis non valere mina.*

*Flagitjs verò par Regi Ieroboamo*

*Admissis, itidem facta nefanda patrat.*

*Urbem munuit Ramam, regiꝝ reclusit*

*Ase mox aditum, tutus ut esse queat.*

*Cum verò multum tribuit castrènsibus armis;*

*Viribus ac proprijs, vincitur ipse Syro.*

*Ramam Rex Iudæ mox demolitur eandem*

*Que sibi munimen, turris & ipsa fuit.*

*Quatuor aſt annos viginti ſceptra tenebat:*

*Succellit natus qui minus æquus erat.*

ELLA, REX IIII. 156

Ellæ, Regis Bœſæ filij inſipientis, & crapulæ ac temulentia in primis dediti, Prophetam Iehū ob libertatis vinculum interficientis, inter larga pocula, à Sambrio Equitum magistro, tota prius ſtirpe & profapia deleta, intereanti, annos tantum duos regnantis. 3, Regum 16. cap.

**R**egis erat natus Bœſæ, Rex Ella profanus,  
*Libans nectareo pocula plena mero.*

*Ob libertatem gladio necat inde Prophetam.*

*Ipſe Iehum, foedas polluit atq; manus.*

*Et dum pampineo ſpumantia pocula Baccho*

*Exhaurit, lautis dum fruiturq; cibus:*

*Opprimit hunc equitū mox Sambrius ecce ma-*

*Ignarum ferro, namq; ſecurus erat. (gister*

*Præfuit aſt annis regno Rex iſte duobus,*

*Eius nec quiſquam ſtirpe ſuperſtes erat.*

M 2

IEHVS

## I E H V S P R O P H E T A

M A R T Y R.

157

Ichi Prophetæ, & viri religiosi, filij Hanani, constanter & sine formidine iussa DEI executi, Regibus Bœsæ & filio Ellæ, propter idolatricum cultum, interitum instare, sed minus honestam sepulturam, antea à canibus & auibus discerptis, annunciantis, ab Ella ira percito, occisi. 3. Reg. 15. & 16. cap,

*R*egibus effecit Iehus mandata duobus

*Iovæ, constanter, nulla pericla timens.*

*Illis interitum testatur adesse supremum*

*Ob cultum fictum, Numen ut esse negent.*

*Prædicit canibus rapidis, quod corpora prædæ*

*Aligeris auibus sintq; futura simul.*

*Indignatur ob id Rex Ella, deinde Prophetæ*

*Insidiasq; struit, donec & ense necet:*

*Polluit atq; manus de sanguine qui sine causa*

*Effusus, vates morte sed ipse probat:*

*Quòd neq; sit Iovæ summi celandæ voluntas*

*Regibus, hi quamvis vincla necemq; parent.*

## S I M R I V S R E X V.

158

Simrij Regis impij, rege occiso, quæ regia sedes erat, Tharsam occupantis, inscioq; populo diadema abripiens, perlato nuncio ad populum Israëliticum in castra, regni suffragio populi habenas impetrantis, conscientia facinoris perpetrati, periculiq; præsentia, regiam occlusam

clusam inflammantis, ibidemq; die septimo, vnâ  
cum socijs suis, in igne extincti. 4. Reg. 16. cap.

*Simrius astutus Rex urbem rege necato  
Occupat hinc Tharsam, regia quæq; fuit.  
Ignaro populo rapuit mox ipse coronam,  
Interitum Regis nuncia fama refert.  
In castris quæ lata fuit nouitateq; rerum,  
Miratur populus, nec sibi grata fuit.  
Militie Dux eligitur mox Amrius inde  
Ad Regem (regni regia sceptrâ tenens.)  
Adducunt tandem turmas ad mœnia Tharsæ,  
Hostis quò possit Marte furente premi.  
Conscijs ast sceleris, tam propter & ipsa pericla  
Vitæ, succendit regia tecta furens.  
Cum socijs scelerum pariter combustus in vrbe,  
Septima cum regni fulserat orta dies.*

## A M R I V S R E X V I. 159

Amrij, Regis Israelitici impij, regni ex sedi-  
tione habenas adipiscentis, populo enim in du-  
as factiones diuiso, ab altera Thibnio electo, ni-  
hilominus præ reliquo regnum sortientis, Sama-  
riam ædificantis, annos duodecim non sine ty-  
rannide, regnantis. 4. Regum 16. cap.

*Seditio dum mota fuit Rex Amrius ipse  
Impius, acquirit regia sceptrâ sibi.  
Post Tharsam siquidem populus diuisus ut esset  
Direptam, lectus Thibnius ecce fuit.*

M 3

Alteri-

*Alterius siquidem præpoller factio Regis,  
 Seditioe sed hac mortuus ipse prior.  
 Amrius ast populi consensu deniq; regni  
 Communi dictus Rexq; vocatus erat.  
 Extruit ac urbem, quæ dicta Samaria, celsam,  
 Sedis in hanc transfert tecta superba sue.  
 Impietate sua maiorum crimina traxit:  
 Annos bisseos regia sceptratenens.*

ACHABVS REX VII. 160

Achabi, Amri filij, regis omnium impijssimi,  
 ac superstitiosi, regem Iosaphatum feducentis,  
 Nabotho Iezraelitæ vineam fraude alienantis, e-  
 undemq; lapidibus obruentis, Eliam Prophetam  
 persequentis, in pugna cum Rege Benhadada  
 fortiter dimicantis, telo lethali percussis, Prophe-  
 tarum admonitiones & comminationes nihili  
 facientis, annos viginti duos regnantis. 3. Reg.  
 21. cap.

*Impietate sua reges excellit Achabus,  
 Uxorem propter pessima quæq; fuit.  
 Autor erat cultus vani, sibi fœdere iunxit  
 Externos reges, facta maligna patrat.  
 Seduxit Iosaphat, rapuit vineta Nabothi:  
 Eripit huic vitam Nupta dolosq; struit.  
 Micheam vatem, simili ratione Prophetam,  
 Eliam, quendam persequiturq; minax:  
 Cumq; Syro primùm felix pugnavit in armis,  
 Lethali telo victus & ipse cadit.  
 Sapius Elias, Micheas atq; Propheta*

*Huic*



*Huic & reginae tristia fata refert.*

*Illos sed spreuit, monitisq; minisq; repugnat,*

*Aut hos decepit quin potiusq; fugat.*

*Flumine cum lotus, conspersus sanguine currus*

*Quo vectus, cambus tunc cruor esca fuit.*

*Annos viginti non absq; tyrannide seua*

*Adiunctis binis, regia sceptrum tenet.*

## I E Z A B E L.

164

Iezabelis Sidoniorum Regis filia, mulieris superbæ, & malignæ, tã Ecclesiasticis quàm politicis negocijs, sine respectu sexus aut pudoris se ingerentis, & tumultus excitantis, Sacerdotibus religiosis, præcipuè verò Prophetæ Eliæ, insidias struentis, Nabotho ex inuidia vitam abruptantis, de fenestra demum præcipitata, equorũ vngulis conculcata, à canibus discerpta, miserabiliter iuxta prædictionem Prophetæ, animam execrabilem exhalantis. 3. Reg. 16. 18. 19. & 21. cap. 4. Regum 9. cap.

*Uxor erat Iesabel Sidonia regis Achabi,*

*Impia quæ mulier quæq; superba fuit.*

*Cui mens, cui facies fuerat fucata, referta*

*Fraudibus & technis, nil pietatis habens.*

*Quæ sacris rebus se miscet tamq; profanis,*

*Vatibus hæc sanctis insidiasq; struit.*

*Cultus hypocriticus, quibus verò gratus, eosdem,*

*Euexit mulier donaq; larga dedit.*

*Insidias ast Thespitæ struit, ipsaq; nomen*

*Inuidiam propter ferre maligna nequit.*

M 4

Abrum-

*Abrumpit vitam technis malefana Nabotho,  
 In luxu vitam transigit atq; suam.  
 Impietatis erat nato fax ipsa marito,  
 Edibus ast tandem præcipitata ruit.  
 Interit ac miserè, vates ceu dixerat antè,  
 Infestis cambus quæ laniata fuit.  
 Conculcata iacens ab equis, tantumq; sepulcro  
 Sunt illata caput, cum pedibusq; manus.*

## E L I A S P R O P H E-

T A.

162

Eliaë Thespitaë Prophetarum maximi, suis precibus annos tres cœlum cludentis, vicissim iisdem, imbres à Deo impetrantis, hospitaë filium à morte excitantis, per Iordanem siccis pedibus transeuntis, Regem Azahalem & Iehum vngentis, Regem Iosaphatum & Ioramum obiurgantis, tempore annonæ defectus, à coruo primum, à vidua Sareptana & ab angelo alimentis prospecti, DEVM colloqui sibi ac filium DEI in montibus Sina, & Orebo percipientis, ignea quadriga, in cœlum sublatis, annos circiter viginti, docentis. 3. Regum 17. 18. cap. 4. Reg. 1. & 2. cap.

*M*aximus Elias vatum vir sanctus & idem  
 Ex nutu Io v. Æ facta stupenda facit.  
 Decidat haud imber largus, precibusq; reclusis  
 Cœlum, tres annos gutta nec vlla cadit.  
 Largificos tandem demisit nubibus imbres,  
 Instat

Instat ut hic precibus, sicca rigatur humus.  
 Decidat ut nitido de cœlo fumifer ignis  
 Prospicit, & Satrapas ac holocausta voret.  
 Viuificat natum viduæ, Iordanis & undas  
 Diuisas, sicco transit & ipse pede.  
 Hic Israël regem Syriæq; perunxit,  
 Restitit hic verbis Rex & Achabe tibi.  
 Hic Iudæ reges Iosaphatum, quiq; Ioramum  
 Obiurgat verbis, arguit atq; minis.  
 Nuncia qui referunt caelesti concremat igne  
 Regis Ochoziæ: Corpora flamma vorat.  
 Benadadam Syriæ Regem solatur amicè,  
 Illius ut languor pallida membra tenet.  
 Pascitur à coruo primùm, qui detulit ipsi  
 Carnes ac panes, prospiciente DEO.  
 Inde Sareptana vidua nutritur, Eremito  
 Aligero tandem, suggerit atq; cibos.  
 Hic octingentos Mystas iubet ense Baalis  
 Ac quinquaginta perdere, vana fugans.  
 Culmine qui celso Sinae, qui montis Orebi  
 Colloquium summi percipit ipse DEI.  
 Thaboris in celso cum CHRISTO vertice mōtis  
 Colloquitur, iunctis discipulisq; tribus.  
 Flammiu homo curru cum turbine raptus ad astra  
 Annos viginti circiter ipse docet.  
 Illius & reditum Maleachus, tempore mundi  
 Extremi retulit, non dubitante fide.

## V I D V A S A R E P T A -

N A.

163

Viduae Sareptanae, foeminae fide singulari atq; beneficentia praeditae, in officina quadam metallica, iuxta Sidonem habitantis, famis difficilimo tempore Eliæ Prophetæ, instinctu Numinis ad eandem misso, cibum parantis, extinctum à morbo filium Thespitæ precibus excitatum, non sine gaudio magno conspicientis & amplexantis. 3. Reg. 17. cap.

*Urbe Sareptana vatem quæ foemina pavit  
Nata fuit, summa praedita quæq; fide.*

*Numinis instinctu Thespites missus ad illam,  
Crescit ut haud cultio spica vel herba solo.*

*Suggestit huic alimenta suo quoq; detrahit ipsa  
Nato, cui tandem copia nulla deest:*

*Copia nulla deestq; cibi, nec inde farina  
Aut oleum toto tempore difficili.*

*Ast eius natus morbo correptus acuto  
Extinctus subito, morte solutus obit.*

*Quemq; superueniens Thespites motus amore  
Excitat, atq; venit vivus in ossa calor.*

*Restituens natum, lacrymis cui lumina rorant  
Matri, mæsta prius, sed modo letæ fuit.*

## A B D I A S A V L I C V S. 164

Abdiæ, Achabi in aula praefecti regij, fautoris Ecclesiae benefici, Prophetas centum in persecutionibus, ne interficerentur à Iesabele regina impia, in speluncas abscondentes se, pane & aqua

qua nutrientis, Eliæ Prophetæ, in Samaria ver-  
santi, pericula sibi imminencia, annunciantis. 3.  
Regum 18. cap.

*A*Bdias aulæ Regis præfectus Achabi,  
Membra piæ cætus diligit atq; fouet.  
*Q*uamuis hic aliqua formidet parte pericla,  
Attamen his promptus non minus ipse fuit.  
*A*Iezabele, pius cætus cum pressus, iniqua,  
Vates ac antris dum quoq; fortè cubant.  
*Q*uorum tunc fuerant centum, nutrit eosdem  
Panibus, & dulcis pocula præbet aquæ.  
*S*amariam postquam vatem lustrasse recepit  
Eliam, tristis condolet atq; refert:  
*F*inibus in cunctis quòd sit quæsitus, & idem  
An vates adsit significare negat.  
*R*egi sed tandem minus haud percussus aperte  
Constanter, præses quæ sibi visa refert.

## N A B O T H V S.

165

Nabothi Iezraëlitæ, propè Regis Samariæ  
Achabi, palatium, vinetum colentis, fundum ex  
paterna hæreditate acquisitum possidentis, alie-  
nare idem, iure diuino, prohibiti, indignante  
Rege, & Iesabele causam explorante, à consi-  
liarijs regis, læsæ maiestatis, sed iniuste accusa-  
ti, & præter meritum, lata iniqua sententia la-  
pidibus obruti. 3. Regum 21. cap. 4. Regum. 9. ca.

*N*aboth vinetum coluit propè Regis Achabi  
Atria, quod Regi vendere saepe negat:  
Merci-

*Mercibus haud alijs prorsus mutare recusat,  
 Hoc cum prohibeant iusta statuta DEI.  
 Hanc causã propter saltẽ stomachatur Achabus;  
 Præ mærore nec hic vescitur ore cibis:  
 Quod cum percepit Iezabel regina, Nabotho  
 Insidias struxit, tollere quemq; queat.  
 Ad proceres igitur regni clam scripta remisit,  
 Ceu maiestatis criminis ipse reus.  
 Arguiturq; palam conductis testibus insons  
 Damnatus, saxis obruiturq; miser.  
 Eius vinetum quamuis Rex occupet osor,  
 Usus sed natis iure negatus erat.*

PROPHETA HAVD

NOMINATIVS.

166

Prophetæ cuiusdam anonymi, ad Achabum  
 Regem, metu percussam emissi, eumq; ad pu-  
 gnam committendam cum Rege Benhadada  
 adhortantis, post victoriam acquisitam rege  
 præceptorum & admonitionum immemore exi-  
 stente, societatem cum hostibus ineunte, & re-  
 ge eundem increpantis, & iram iam accensam  
 DEI ipsius, ac interitum pariter annunciantis. 3.  
 Reg. 20. cap.

*AD Regem quidam vates est missus Achabũ:  
 Illius ut torpet lingua repressa metu.  
 Instruit hunc quo consilio, validaũe cohorte,  
 Vel Syria Regem vincere Marte queat.  
 Huius consilio Rex paret, vincit & hostem*

Regeq;

*Regeq̄, deuictō leta trophæa tulit.*

*At̄ præceptorum Rex immemor extitit, hostis*

*Et vitæ parcit fœdus iniqū, simul.*

*Qui dignus fuerat rupto quem fœdere tollat,*

*Aut armis rapidis ne superesse queat.*

*Hunc ergò vates verbis obiurgat apertis,*

*Numinis ac iras fataq̄, dura refert.*

*Elatus Rex successu, populusq̄, securus*

*Existit, rident dicta relata sibi.*

*Exitium minimè perpendunt pectore cæcò,*

*Et clades secum quas trahit ipsa dies.*

BENHADADAS I. SY-

R V S.

167

Benhadadæ Syriæ Regis potentissimi, cum Regibus tribus populi Israëliti dimicantis tria bella cum Achabo gerentis, in primo conflictu reges triginta duos educens, in fugam propulsi, in altero centum millia peditum amittentis, in tertio Iosaphatum Regem fugantis, Samariam obsidione cingentis, Damasci lethaliter decumbentis, à præfecto suo Azahale in lecto suffocati. 3. Reg. 20. 22. cap. 4, Regum 6. & 8. cap.

*Benhadadas Syriæ validis Rex inclytus armis,*

*Regibus hic Iudæ fœdere iunctus erat.*

*Cum tribus Isacidæ pugnat quia Regibus audax,*

*Bæsaq̄, propulso milite, victus abit.*

*Atq̄, duos Reges triginta ( pugnat Achabum,*

*Dum contra ) ducit pulsus & ipse fugit.*

*Amisit*

*Amisit peditum Rex centum millia pugna  
Quam tentat, gladio qui periere truci.*

*Millia viginti septem periere ruina  
Ædis cuiusdam, postmodo victor ouat.*

*Hac pugna siquidem Iosaphatus pulsus ab armis  
Dux & Achabus ibi, lesus ab hoste cadit.*

*Samaritamq; fame Rex pressit & obsidione  
Dum Rex Ioramus sceptrâ superba tenet.*

*Dissulit ipse DEVS miraratione cohortes,  
Liqueret ut fugiens splendida castra citò.*

*Ipsè Damascena sed dum decumbit in urbe,  
Eneruatus erat decrepitusq; senex.*

*Saphatidem per præfectum nam consulit ipsum,  
Pressus ab hoc lecto clam fuit, atq; perit.*

F O E M I N A S V N A -

M I S.

168

Fœminæ Sunamitidis, religiosæ, Prophetæ Elisæo habitaculum, ut pijs precibus & meditationibus sacris eo melius incumbere possit, concedentis, Prophetæ precibus filium procreantis, quo inopinato morbo extincto, ab eodemq; in vitam reuocato, filium rediuuium conspicientis, consilio Elisæi, difficilimo tempore ad Philistinios se recipientis, interea ædibus direptis, precibus famuli Gehasi, à rege Ioramò iterum possessionem suam acquirentis. 4. Reg. 4. cap..

*Svnamis hospitium gratum quæ fœmina præbet  
Saphatidæ vati, dum peregrinus erat.*

Quo



Quò melius precibus sacris incumbere possit,  
 Et Iouam placet, cui tribuendus honos.  
 Officio grato pro tali namq; Propheta,  
 Exorat summum vir pius ipse DEVM.  
 Hospita quò sterili thalamo quæ vixerat ipsa  
 Acquirat natum spem columenq; domus.  
 Abrepto satis nato, lethoq; soluto,  
 Excitat hunc iterum, vota precesq; valent,  
 Tempore sed sterili, nullam dum semina messem  
 Fundunt, huic autor sedulus ipse fuit:  
 Ut procul hinc abeat peregrinaq; tecta reuisat,  
 Velq; Philistæos, lustret & ipsa lares.  
 Absuit à patria dum fœmina fraude propinqui,  
 Inuadunt agros, ipsius atq; domum.  
 Ad regem postquam sed fama relata fuisset  
 Aedes acquirit, dum famulusq; rogat.

## G E H A S V S. 169

Gehazi, Prophetæ Elisæi famuli solertis, Sunamin hospitam benignam, vati commendantis, ipsius causam, coram Rege Ieramo fideliter agentis, Prophetæ plurima & stupenda miracula, regi eadem exploranti, detegentis, argento ac vestibus acceptis, incio Domino suo, lepra infecti. 4. Regum 5. capite.

S Aphetide famulus solers fuit ipse Gebazus,  
 Prædicat & Sunamin, pro pietate, fide.  
 Efficit ac, causam dum coram Rege Ioramo  
 Egit, ut ipsa bonis possit ut antè frui.  
 Exponit vatis miracula, Rege rogante,  
 Plurima

*Plurima, quæ peragit, quæ sibi visa notans.  
 Ipse sed ut vestes, argenti dona recepit  
 Quæ Nahaman largè collocat ipse Syrus.  
 Dum rogat aſt vates, minimè ſed vera fatetur,  
 Infectus lepra continuoq; fuit.  
 Eius poſteritas foeda prurigine lepræ  
 Inficitur tandem, tranſitioq; nocet.*

## P V E R I B E T H E L E N -

S E S.

170

Puerorum Bethelensium, improborum extra  
 ædes parentum suorum discurrentium, vatem  
 Elifæum, canitie honorabilem, ob caluitium  
 illudentium, ex eiusdem imprecatione ab urſis  
 binis ( quorum quadraginta duo fuerunt ) dis-  
 cerptorum. 4. Reg. 2. capite.

*Bethlenses pueri petulantes dumq; proterui  
 Extra discurrunt limina nota patrum.  
 Canitie vatem venerandum, viſus ut eſſet,  
 Subſannant, verbis caluitiumq; notant.  
 Obiurget licet hos, iterant tamen ecce priora  
 Probra, quibus motus vir venerandus erat.  
 Diraprecatur eis, binæ mox conſpiciuntur  
 Urſæ, quæ pueros fauce patente vorant.*

## N A H A M A N S Y -

R V S.

171

Nahamanis Ducis Regis Syriæ, morbo  
 contagioſo lepræ infecti, ædes Prophetæ Elifæi  
 pulſan-

pulsantis, iussu eiusdem Duce primūm reuente, in Iordane septies lauantis, ex illa lotionē pristinam valetudinem recuperantis, & Prophetæ, & Dei bonitatem prædicantis. 4. Reg. 5. cap.

*Vir Nahaman Regis Syriae præfectus in aula  
Acceptus, princeps militiæq; fuit.*

*Infectus scabie toto dum corpore lepræ  
Admonitus famula limina nota subit.*

*Quis Eliseus residet, pulsando sed ipse  
Admissus non est, admonitusq; fuit:*

*Abluat ut sese liquido Iordanis in amne:  
Contemni verò sed putat ecce Syrus:*

*Nec fluuio talem vim credit inesse salubrem  
Percitus hinc ira linquit & inde domum.*

*Admonitus famulis, ut rem tentaret eandem  
Et facilem factu: Pondus inesse putat.*

*Ergò discedens, liquidas Iordanis ad undas  
Immersit sese, lotus & ipse redit:*

*Eius continuo de corpore lepra recessit,  
Ac instar pueri pura fit ipsa caro.*

*Exhibet & sese gratum dum limina vatis  
Accessit, summum prædicat atq; DEVM.*

*Eius cultorem sese dicitq; futurum,  
Accipit haud vates munera larga manu.*

ELISÆVS PRO-

PHETA.

172

Helisæi filij Saphati, ex colono, ad munus  
Propheticum vocati, pallio Eliæ præceptoris  
N Iorda-

Iordanem diuidentis, aquas sitiēti exercitū impetrantis, viduæ pauperculæ, oleum augentis, paucis panibus multitudinem pascentis, Nahamanem Syrum, regiumq; præfectum à lepra liberantis, filium hospitiæ suæ defunctum excitantis, Bethelensibus pueris imprecantis, copias hostium cæcitate reprimentis. Integra eiusdem historia 4. lib. Regum à secundo vsq; ad 13. caput extat.

*S* Aphetides solers vates fuit ante colonus,  
 Maximus ac vatum, vir pietate grauis.  
 Omnes hic superat, Reges nec & ipse pauescit;  
 Edidit ac forti facta stupenda manu.  
 Iordanis fluctus hic præceptoris Eliæ  
 Diuidit, ut terris, veste, receptus abit.  
 Impetrat & latices turris sitiētib; vnda  
 Et putei dulcis, redditur atq; sapor.  
 Aris quò possit magnam persoluere summam,  
 Hac oleum viduæ pauperis auxit ope.  
 Lethalemq; cibum correxit & ipse farina:  
 Prospicit, ut crescat spica vel herba solo.  
 Tempore difficili regnat dum turpis egestas:  
 Panibus hic multos pascit & ipse viros.  
 Ipsius & cura Nahaman fit purus, & ampla  
 Munera promisit, dona nec vlla cupit.  
 Sunamis in vitam reuocat natumq; reducit,  
 Expansis manibus corpus ut ipse fouet.  
 Ursos immittit pueris, dum voce molesta  
 Insultant vati: Poena repente venit.

Quæq;

*Quæq; latent nouit famuli mendacia, Regis  
 Insidias Syria nouit, operta videns.  
 Hostiles turmas obcecatur, easq; reclusit  
 Tunc intra regis mœnia neu noceant.  
 Extremo frugum defectu, carior extat  
 Verbis ceu vates protulit ipse suis.  
 Praefecto regis vati dum saepe resistit,  
 Nec credit: subitam nunciat ipse necem.  
 Urbis qui porta tandem compressus in ipsa,  
 Regibus at Syria fata futura refert:  
 Uni nam mortem denunciat, ut memor huius  
 Ac alij regni regia sceptralocat.  
 Inuisit vatem lecto decumbit ut ager  
 Rex Ioas animo compatiens dolens.  
 Circiter hic vates constanter septuaginta  
 Annos enarrat dogmata sancta DEI.*

## DISCIPVLI ELISÆI. 173

Discipulorum Elisæi Prophetæ excellentissimi, difficilimo tempore annonæ, exiguo victu & alimento enutritorum (vno ex illis ad colligendas herbas emisso, inscitia quadam cucurbitam agrestem inter alias auellente) cocto deinceps pulmento, appositoq; sub mensam, saporem acidum & venenosum quendam ex esu attrahentium, consilio præceptoris Elisæi farinam admiscentis, polenta deinceps suaui vescentium. 4. Reg. 4. cap.

*Mensa fuit tenuis cibus haud frugalis in ipsa  
 Saphatide socijs, tempore difficili.*

N 2

Cum

*Cum non sunt fruges terræ, nec vomere tellus  
 Quamlibet assidue culta sit ipsa, ferat.  
 Hos, igitur frugum defectu, cumq̄, venisset  
 Saphatides mores ut studiumq̄, probet,  
 Mittitur ex illis vnus, comportet ut herbas  
 Aruis collectas, quibus alimenta coquant.  
 Ille sed haud vires herbarum nouerat omnes,  
 Pulmento cocto profuit haud socijs.  
 Nam syluestris erat collecta cucurbita campo,  
 Quæq̄, foco calido iuncta simulq̄, fuit.  
 Hic cibus ut socijs, quos vexat turpis egestas,  
 Appositus fuerat, mensaq̄, grata minus.  
 Deprendunt quoniam vescentes toxica mixta  
 Exponunt vati, consiliumq̄, petunt:  
 Inq̄, lebete fuit postquam conspersa farina,  
 Corrigit austeri fercula mixta cibi.  
 Efficitur suavis cibus hinc pariterq̄, salubris,  
 Qui fuit ingratus quiq̄, nociuus erat.*

## M I C H E A S P R O-

P H E T A

174

Micheæ Prophetæ Morasthitis, filij Iemlæ,  
 bellum Syriacum duobus Regibus Iudæ & I-  
 fraëlis dissuadentis, in interpretatione sacræ scri-  
 pturæ, liberè veram sententiam proferentis, fal-  
 sos Prophetas mendacij arguentis, Achabi præ-  
 fectis primarijs ad asseruandum traditi, pseudo-  
 prophetis, se opponentis. 3. Reg. 22. cap. 2. Pa-  
 ralip. 18. cap.

Regibus

*R*egibus haudsuadet Syria ne bella mouerent  
 Micheas vates, Rex ut uterq<sub>3</sub> furit.

*P*raefuit officio solers dum ritè vocatus,  
 Traderet ut veri dogmata sacra DEI.

*H*ic igitur dum vera docet dum vera fatetur,  
 Arguit & vates qui modò falsa docent.

*S*edechias colaphum vati mox percitus ira  
 Impegit sancto, qui simulator erat.

*T*raditur hic tandem praefectis nempè duobus,  
 Rex ut Achab mandat, vera referre sibi.

*M*icheas veluti vates praedixerat antè,  
 Sed Rex lethali vulnere tactus obit.

## S E D E C H I A S H Y P O -

C R I T A .

175

Sedechiæ filij Chanaan, pseudoprophetae arrogantis & insolentis, Reges Iosaphatum & Achabum decipientis, Micheam sibi repugnantem, praesentibus Regibus impudenter percipientis, asseclas ferè quadringentos habentis, eidem insidias struentis, tandem cum hypocritis in errore enormi deprehensi, sibi malè conscij latebras quaerentis. 3. Regum 22. cap. 2. Paralip. 18. cap.

*S*edechias, vates, vir vanus, hypocrita, mendax,  
 Se praefert socys, par sibi nemo fuit.

*R*egem seduxit Iosaphat, decepit Achabum,  
 Arrogat hic Sophiam, plurima dona sibi.

*M*icheam vatem, verbis dum namq<sub>3</sub> repugnat

N 3

Percussit

*Percussit praesens, Rex ut uterq; fuit.*  
*Hic quadringentos socios sibi iunxit adulans;*  
*Arguit hunc vates, ferre sed iste nequit.*  
*Supplicio dignum statuit, persuadet & idem*  
*Ut strictus vinculis, carcere siue cubet.*  
*Tandem Sedechias naui conuincitur ipse,*  
*Ac vnus Regum concidit ense truci.*  
*Ictus & alter erat, violento vulnere, querit*  
*Et latebras autor, consulit atq; fugae.*

O C H O Z I A S R E X  
V I I I.

176

Ochoziæ Regis Achabi filij infelicissimi, ex  
 lapsu violento, in conclau suo, vulnerati, pro re-  
 cuperanda valetudine, ad Beelzebub, idolum  
 Philistæum legatos suos emittentis, propter im-  
 pietatem, & cultum idolatricum, ex relatione  
 Prophetæ Eliæ, imperij habenas, nullo relicto  
 post se hærede, vltra duos annos haud protra-  
 hentis. 3. Reg. 22. cap. 4. Reg. primo capite.

**R**egis Ochozias tumidus Rex natus Achabi,  
*Hic similis prorsus moribus ipse patri.*  
*Ictâ prius Iosaphat socialia fœdera rumpit,*  
*Inde Moabite fœdere deficiunt.*  
*Dum per cancellos violento corporis ictu*  
*Est lapsus, motu saucius ipse fuit.*  
*Misit legatos ad numina vana Baalis,*  
*Expetit & vires corporis ipse sui.*  
*Aligeri monitu sed ys occurrit Elias,*

Susce-



*Susceptum verbis ut remoretur iter.*

*Nunciat & regem coluit quod numen inane,  
Terris victurum tempore nempè breui.*

*Hinc cum fama volat misit Rex ipse tribunum,  
Militibus cinctum, cumq; cohorte citò:*

*Adduci possit quò vates captus Elias,  
Fulgur at hunc vssit cumq; cohorte simul.*

*Alter ut est missus simili ratione tribunus,  
Fulgure flagranti concidit atq; cohors.*

*Tertius ut missus coram sed vate receptus  
Impetrat hic vitam, fulmine tutus abit.*

*Algeri verò verbis impulsus Elias  
Accessit Regem, fata necemq; refert.*

*Excessit viuis Rex, hæres nullus & extat,  
Annos atq; duos regia scepra tenet.*

## I O R A M V S R E X

## I X.

177

Iorami, filij Achabi regis impij, cum regibus Iudæ, & Idumæorum societatem contrahentis, in pugna contra Moabitas siti laborantis, in obsessione Regis Benhadadæ fame oppressi, Elisæi precibus exercitui sitienti, ac victoriam deuictis hostibus impetrantis, in memore miraculorum & beneficiorum D<sup>i</sup> existente, in pugna contra Azahalem, infligere vulnere, propulsi, in tumultu à Jeho. occisi, bestijs postmodum proiecti, annos duodecim regnantis. 4. Regum. 1. 3. 8. 9. cap. 2. Paralip. 22. cap.

N 4

Stirpe

*Stirpe sua Reges habuit Rex ipse Ioramus,  
 Frater, avus, regni cum patre sceptrum tenet.  
 Sacra quidem coluit, sed ficta religione,  
 Nec iuxta legis fixa statuta sacra.  
 Fœdus Idumæo cum Regeq; iunxit Iuda:  
 Insita vis mentis dulcis amicitia.  
 Ipse Moabitum dum pugnat fortis in armis,  
 Illius torret guttur anhela sitis.  
 Benhadada tandem dum cinctus & obsidione  
 Difficili, regem vexat anhela fames.  
 Saphatides liquidas turmis sitientibus undas  
 Impetrat, & pariter leta trophæa, prece.  
 Urbis in obsessæ varijs & cladibus idem  
 Promittit regi, liber ut esse queat.  
 At Rex insidias struit illi, fraude necare  
 Et statuit simili qua ratione queat.  
 Illius aſt ædes stipato milite clausit  
 Vates, ac tandem verba relata patent.  
 In mentem minime reuocat miracula Ioramus,  
 Haud tenet in memori facta stupenda DEI.  
 Inde Syrum contra pugnans est læsus ab ense:  
 Victus ut hoste fuit, dat sua terga fuga.  
 Seditioe Ieho procedens fortè tribuno,  
 Illius ipse truci cæsus ab ense perit.  
 Proiecitq; feris, ubi sunt vineta Nabothi,  
 Annos bisſenos dum modo sceptrum tenet.*

I E H V S R E X X. 178

Iehi, Iorami Ducis & viri bellicosi & fortissimi, à discipulo quodam Elisæi Prophetæ, in Regem

gem vncti, & deinceps singulorum suffragio designati, Reges Israëlis & Iudæ Ioramum & Ochoziam interficientis, Iezabelem reginam impiam de fenestra præcipitantis, centum & duodecim homines, regia profapia oriundos, Achabi septuaginta filios, quadraginta duos fratres Ochoziæ, iugulari præcipientis, Baalis Sacerdotes, fynodo Samariam indicta, cum Ionadabo Rechabita, interficientis, annos viginti octo regnantis. 3. Reg. 19. cap. 4. Reg. 9. 10. cap. 2. Paralip. 22.

*Ipse duces inter celebres fortesq, Iorami  
 Dux erat & celebris strenuus atq, Iehus.  
 Saphatida, castris, hunc vnxit & inde recessit  
 Discipulus quidam, dans sua terga fuga.  
 Ortaq, suspicio fuerat de rege creato,  
 Inter militia præcipuosq, Duces.  
 Discipulus non dissimulat, quæ facta recenset,  
 Et sic consensu regia sceptrâ capit.  
 Hic Elisei monitis Rex utitur ecce:  
 Thespitæ nouit præscia verba simul.  
 Isacida regem nam sustulit ense Ioramum:  
 Hic & Ochoziam sustulit ense minax.  
 Quæ peperit mortem Iezabelem fraude Nabotho  
 Adibus hanc casu præcipitanter agit.  
 Utq, viri centum iugulentur præcipit ipse  
 Bisseniq, simul nobiliore tribu.  
 Rex & Achabe tui nati sic septuaginta  
 Intereunt ista strage repente simul.*

N 5

Hic

*Hic quadraginta fratres iunctisq; duobus  
Regis Ochozie tollere morte iubet.  
Præfectos utidem referam quid regis Achabi,  
Atq; Sacerdotes quos necat ense ferox?  
In synodo quadam multos vocat ipse Baalis  
Mystas insidijs, nec sine strage necat.  
Ex horum fano fecit Rex inde cloacam:  
Sustulit haud vitulos nec simulacra Iehus,  
Annos viginti regnat si iungis & octo,  
Ad quartam sobolem posteritasq; manet.*

## I O A C H A S R E X

X I.

179

Ioachi filij Iehi, Regum omnium infelicissimi, ex stragibus Azahelis, & Benhadadae, ita armis exuti, pro custodia corporis, paucas turmas equitum, ac ultra decem peditum millia pro expeditione non retinentis, his cladibus DEI auxilium implorantis, pro filio ultore Syriorum victoriam impetrantis, annos septendecim regnantis. 4. Regum 13. cap.

*Infelix Ioachas regni moderatur habenas:  
Armis infelix Martia bella ciet.  
Hic siquidem regum Syrie diuincitur armis,  
Ac turmas equitum Rex superesse videt:  
Quis paucis saltem corpus defendere posset,  
Concidit ut dubio plurima Marte cohors.  
Hic ultra peditumq; decem nec millia, turba  
Flore iuventutis, tamq; potente, tenet.*

Cladi-

*Cladibus his itidem percussus turbine Martis  
 Implorat summi Numen ab axe Dei.  
 Expetit auxilium Io v. Æ, nec ut ipse cohorte  
 Exigua pereat, pondus inest precibus.  
 Nā natum fortem dedit huic qui Marte cruento  
 Expugnet Syrios leta trophæa ferens.  
 Annos nempe decem, septem si iungis & illis,  
 Regni dum vixit sceptrum decora gerit.*

## I O A S, R E X X I I. 180

Ioæ nepotis Iehi, Regem Amasiam temeritate quadam se prouocantem, capientis, proceres vinctos ducentis, urbem sacram depopulantis, partem muri demolientis, thesauros templi asportantis, prædones Moabitarum repellentis, Azahalem superantis, Benhadadam cum filio tribus prælijs reprimentis, vrbes vi superatas iterum recuperantis, annos sedecim regnantis. 4. Regum 13. 14. cap. 2. Paralip. 25. cap.

*Ioas Rex sapiens ut aui successibus ipse  
 Utitur, ac felix acria bella gerit.  
 Amasiam Regem Iudæ quem prouocat armis,  
 Adiuncta pariter nobilitate capit.  
 Hic urbem sanctam spoliat, destruxit & urbis  
 Muros, & templi splendida vasa rapit.  
 Hic Eliseum, lecto decumbit ut ager,  
 Inuisit, signis certa trophæa notat.  
 Quiq; Moabitis infesto Marte repugnant  
 Latrones abigit, ne nocuisse queant.*

*Vincit*

*Vincit & hic Syria regem, superandus ut armis  
 Non esset, spolijs victor onustus ouat.  
 Benhadadam triplici pugna, natumq; repressit,  
 Direptas vrbes Rex iterumq; domat.  
 Sex annos his iunge decem nam sceptrata tenebat,  
 In precio, vindex gentis & ipse fuit.*

A Z A H E L S Y R V S. 181

Azahelis Benhadadæ I, præfecti regij, ab E-  
 lia Thespitate ad Regem Syriæ vncti, à Prophe-  
 ta Elisæo confirmati, Regi frigidum emplastrum  
 imponentis, eidemq; ex applicatione vitam adi-  
 mentis, populum DEI persequenti, tres Israël  
 tribus sibi breui temporis spacio subijcientis, vr-  
 bes cremantis, tyrannidem, vt vates prædixe-  
 rat, in sexum fœmineum, & infantes exercentis,  
 Ioramum vulnerantis, Ioam opprimentis, vsq;  
 ad decrepitam ætatem regni habenas protra-  
 hentis. 4. Reg. 8. 10. 12. 13. 19. cap. 2. Paralip.  
 22. cap.

*R*ex Azahel, Syria Regis Dux ipse prioris  
 Benhadade, regni sceptrata superba capit.  
 A Thespitate palam Rex ungitur, inde Prophe-  
 ta  
 Ac Elisæo tradita frena tenet.  
 Ut Rex ardenti morbo decumbit, eidem  
 Fomentum ponit, morte solutus obit.  
 Persequitur populum, quamprimum sceptrata te-  
 Tres Israël subijcit atq; tribus. (nebat,  
 Opprimit & reliquas, vt paupertate laborent  
 Interi-

*Interimit proceres, oppida plura cremat.  
 Pregnantes secat hic, pueros elidit & ipsos,  
 Seuitiam vates quam pius antè refert.  
 Infixit vulnus regilethale Ioramo :  
 Rex ab eo Ioas, Marte repressus abit.  
 Qui precio magno redimit quoq; libera iura,  
 Urbis ut haud ultrà moenia cincta premat.  
 Thespites lacrymas dum coram Rege tepentes  
 Funderet, & fletus noscere signa cupit :  
 Vates respondet, quoniam cognosco futurum,  
 Te pestem populi, perniciemq; DEI.  
 Tempora prolixæ protraxit longa senectæ  
 Illius à Ioa regeq; visq; cadit.*

## BENHADADAS II.

SYRVS.

182

Benhadadæ II. Regis Azahelis filij, contra  
 populum Israeliticum pugnantis, patre ad de-  
 crepitam ætatem vergente, bella iuxta tyranni-  
 dis paternæ exemplum mouentis, ac continuan-  
 tis, plurimas ciuitates in prælio cum Rege Ioa  
 amittentis, ab eodemq; profligati. 4. Regum  
 13. cap.

*ſ Sacidam contra gentem Rex bella gerebat  
 Benhadadas, osor ceu pater ipse fuit.  
 Haud talis successus erat, sed bella paterna  
 Continuat, quem tunc cana senectæ premit.  
 Gens ea crudeli cum pressa tyrannide, tentat*

Fili-

*Filius hanc simili ceu ratione pater.  
 Ast triplici Ioa certamine regeq; pressus,  
 Gentis, & amittens oppida capta prius.*

I E R O B O A M V S I I.  
 R E X X I I I.

183

Ieroboami Ioa Regis filij, bella pari felicitate sicuti pater, gerentis, urbem Damascum capientis, propulsis hostibus, tribus Israëliticæ fines recuperantis, tyrannidem Syriorum vlciscentis, demum ab hypocritico cultu decepti, DEVM haud colentis, quadraginta & vnum annum regni habenas obtinentis. 4. Reg. 14. cap.

*P*rosperitate patri similis Rex Ieroboamus,  
 Dum Bellona fauet, Martia bella gerit.  
*Armis palmiferam domuit quoq; Marte Dama-  
 Qua Syriæ regum splendida tecta patent. (scū,  
 Hostibus eiectis Rex fines inde priores  
 Isacide tribui restituitq; simul.  
 Pluribus ergo modis Syriorum facta nefanda  
 Ultrici gladio vindicat atq; scelus.  
 Cultibus ast vanis faciles dum præbuit aures,  
 Haud vera coluit relligione DEVM.  
 Hic quadraginta regni moderatur habenas,  
 Alter & in si cursu, si numerare velis.)*

A M A S I A S H Y P O C R I T A. 184

Amasiæ hypocritæ, Sacerdotis Bethelensis  
 Amoëm Prophetam, tanquam seditiosum coram  
 Rege



Rege Ieroboamo accusantis, in regnum Iudæ migrare sibi imponentis, Propheta verò, ob has obiurgationes, haud locum mutante, multò magis munus acriter defendente, ex eiusdem vaticinio, fati immutabilis diem & interitum inter hostes, vnà cum filijs, percipientis. Amos 7. cap.

*Amasias Amoëm coram dum Rege Ioramo  
Accusat, ceu sit seditiosus homo:*

*Permissu Regis neu tractet sacra iubebat,*

*In regnum Iudæ mandat abire procul:*

*Hac regione sibi concessa licentia verbi*

*Spargendi populo voce sonante sacri.*

*Territus haud Amos commissi munia verbi*

*Exequitur solers, nec pauet ipse minas.*

*Hec quoniam commissa gerat, quo tempore cū-*

*Extiterit pecoris, ponere quæ nequeat. (stos*

*Quodq; sit obstrictus Iovæ qui sydera torquet*

*Credere, quapropter velle nec ipse refert:*

*Insuper & verbis obiurgat & arguit ipsum,*

*Et ventura sibi plurima damna notat.*

*Coniugis hinc stuprum natorum fata recenset,*

*Ipsius interitum nec sine clade refert.*

## AMOS PROPHETA. 185

Amois Thecuitis, è pastore ad Prophetam electi, reges impios, & Sacerdotes hypocritas liberè arguentis, ab Amasia Sacerdote Bethelense, reprehensi, nihilominus mandata Dei

Dei efficientis, & ob id conuicijs exagitati, Regibus Syriae Azaheli, & filio, interitum denunciantis. Historia apud eundem extat.

*CVi commissa gregis fuerat, fit, cura, Propheta  
Amos, sed spretus, charus at ipse DEO.*

*Agrestis quamuis, indoctus, non minus ipse  
Numinis instinctu praescia verba refert.*

*Arguit hic Reges peruersos, falsa refutat,  
Ac Mystas itidem qui quoque vana docent.*

*Arguit Amasias hunc ceu qui dogmata verbi  
Ignoto regno spargeret ipse sacri.*

*Nil minus exequitur summi mandata parentis,  
Regibus & populo vincla necemque refert.*

*Ex odio siquidem, sannas & scommata vulgi  
Affectus plagis, plurima dura tulit.*

*Interitum Syriae quoque, Regibus ipse recenset:  
De regno CHRISTI quique futura refert.*

## I O N A S P R O P H E -

T A.

186

Ionæ Gathitis, filij Amathi, Prophetæ eximij, Ieroboamum Regem de victoria contra Syrios confirmantis, & futura prædicentis, in Assyriam iussu DEI ablegati, metu discedentis, sceleris conuicti à nautis in mare præcipitati, balæna absorpti, post triduum, apertis faucibus, eiectione, Niniuitis, eorundemque vrbi interitum annunciantis. 4. Reg. 14. cap. Historia eiusdem apud eundem luculenter descripta extat.

*Insignis*

*Insignis vates, vir summus, gentis, Ionas,  
 Filius Amathi, doctor & eximius.  
 Haud dubium fecit spem regi Ieroboamo,  
 Quòd contra Syrios leta trophæa feret.  
 Missus ut Assyria fines agrosq; subire  
 A Iovâ Tarsum profugit ipse metu.  
 Conuictus verò sceleris dum sorte fuisset,  
 A nautis vasto mergitur ipse mari.  
 Fluctibus immersum quem mox immania Cete  
 Absorbent, gemitu qui quoq; ventre latet.  
 Post tres luciferos iterum totidem quoq; noctes  
 Expuit hunc piscis, saluus & ipse redit.  
 Quiq; resurgentis Christi tumuloq; iacentis  
 Est typus, interpretes Christus ut ipse refert.  
 Ingressusq; Ninon perituram dicit eandem,  
 Et verbis pondus novit inesse suis.  
 Vestitum mutat, Rex fastum ponit inanem,  
 His verbis postquam territus ante fuit.  
 Indicit populo ieiunia tam quoq; brutis:  
 Credere quæ vates præcipit ipse iubet.  
 Urbs igitur veniam gemit ut delicta reatus  
 Impetrat, à summo qui regit astra Deo,  
 Indignatur ob id Ionas qui nempè Propheta  
 Extiterit falsus, causa sed ipsa patet.*

## ZACHARIAS REX

XIIII.

188

Zachariæ, filij Ieroboami, Iehi abnepotis, pro-  
 pter turpè & sceleratè transactam vitam, regiam  
 O dignitatem

dignitatem amittentis, regno ipso exuti, sexto mense, regij imperij à Sallumo seditioso tyranno, in conspectu plurimorum hominum obtruncati. 4. Reg. 15 cap.

**O** B scelus amisit Rex natus Ieroboami  
 Zacharias, decus, & regia sceptrum patris.  
 Quamvis imperium sortitur iure paterno,  
 Sex menses tamen hic sceptrum superba tenet.  
 Obtruncatur at hic à quodam seditioso,  
 Dum fuerat praesens plurima nempe cohors.  
 Omnis in hoc splendor regni pariterq; potestas  
 Concidit, id quoniam IovA minatus erat.  
 Intereant verò quòd stemmata clara nepotum  
 Causaq; fastus erat vanaq; religio:  
 Quis vicys grauibus Deus irritatur ad iram,  
 Succensent homines, quis nec iniqua placent.

## SALLUMVS REX XV. 188

Sallumi filij Iabis, Regis & tyranni crudelis, regnum caede acquirantis, eiusdem regni habenas, vicissim, caede amittentis, percepta enim Regis Zachariae oppressione violenta, à Manahemo, eiusdem ultore, cum saevitiam vno saltem mense exercuisset, interemti. 4. Reg. 15. cap.

**S**allumus ut regnum crudeli caede paravit,  
 Amisit sceptrum sic ratione pari.  
 Vno duravit nam mense tyrannis iniqui,  
 Crudeli postquam casus ab ense cadit.  
 Manahemo siquidem tum percipiente tyranno,  
 Quod

Quod Zacharias casus & ipse foret.  
 Samaria fines inuasit Marte feroci:  
 Interfectores Regis & ipse necat.  
 Hostiles turmas superat, ferroq; repressit:  
 Seditiois erant qui quoq; participes.  
 Exemplo posito manifesto funditus illos  
 Euerti, Reges quiq; piosq; necant.

## MANAHEMVS REX

XVI.

189

Manahemi Gaddi filij, Sallumum interficien-  
 tis, ac regnum illo occiso sibi attribuentis, Thap-  
 senses edita strage, opprimentis, eorundem v-  
 xores pregnantes, inaudita prius tyrannide, se-  
 cantis, populum exactionibus intolerabilibus, vt  
 pacem à Phulbelocho Rege Assyriæ impetrare  
 possit grauantis, annos decem regnum obtinen-  
 tis, 4. Reg. 15. cap.

**M**anahemus patria Thersanus & ipse Tyrannus  
 Filius & Gaddi facta maligna patrat. (nus,  
 Illius occisus nam ferro Sallumus hostis,  
 Vendicat atq; sibi regia sceptrum manu.  
 Thapsenses necat hic funesta strage repressos  
 Ocelusas portas propter & ipse furit.  
 Ipsorum secuit pregnantes hostis iniquus:  
 Sed feritas sauis conuenit ipsa Getis.  
 Hic populum varijs oppressit & inde tributis  
 Ne patrios fines Rex petat Assyrius.  
 Annos ipse decem non absq; tyrannide seua  
 Transgit regni, qui fuit hostis atrox.

O 2

PECA.

PECAIA REX  
XVII.

Pecaiæ Manahemi Regis filij, haud à patria ferocitate degenerantis, & tyrannidem eandem exercentis, à Peca vno ex eius præcipuis amicis duobus clam, sine vlla suspitione, in conclavi suo ense traiecti, tantum duos annos sceptrum regale tenentis. 4. Regum 15. cap.

*Manahemi Regis Pecias pessimus heres,  
Ingenio tristi degeneriq; fuit:*

*A patris haud natus deflectit moribus ipse,  
Tempore qui regno præfuit atq; breui.*

*Illius aſt quidam Dux dictus nomine Peca  
Cum conuratis regia tecla subit.*

*Munitumq; locum (sine suspitione receptus)  
Inuaſit, regem limine clamq; necat.*

*Indignus ſceptris quamuis hæc nempè, duobus  
Annis, Rex prauus, non ſine fraude gerit.*

## PECA REX XVIII. 191

Pecæ Romeliæ filij Regis ſui parricidæ, Iothamo Regi Iudæ bellum inferentis, centum & viginti millia hominum vſq; ad interneccionem proſtigantis, à Tiglatphilaſſare Aſſyriæ Rege victi, ex inſidijs eiudem occiſi, annos viginti regnantis. 4. Reg 15. cap.

*Occiſor qui Regis erat Rex Peca Tyrannus,  
Romeliæ natus pessimus ipſe fuit.*

*Inferè*

*Infert Iothamo bellum, natumq; repressit  
 Acham, funesta quem quoq; strage domat.  
 Hic hominum centum viginti millia ferro.  
 Occidit, sexum foemineumq; capit.  
 Iunctus amicitia cum Rasi rege, sed ipse  
 Assyrio, victus rege repente fuit.  
 Antea qui regnum funesta cæde parauit,  
 Id Rex amisit cæde pariq; cadit.  
 Insidys vita priuatur Regis Hoseæ,  
 Annos viginti regia sceptrā tenens.*

## OBEDVS PROPHE

T A.

192

Obedi, Prophetæ ex Iudæorum clade exer-  
 citui Pecæ triumphantis, obuiam progredientis,  
 vt matronas, tamq; iuuentutis, teneræ multitu-  
 dinem demittat, deprecantis, & à rege ne in ho-  
 stium manus peruenirent impetrantis. 2. Para-  
 iip. 28. cap.

*UT Iudæorum clades percepit Obedus,  
 Gratatur Pecæ victor vt ipse redit.  
 Illius & turmis felicia quæq; precatur,  
 Matronis suadet parcat vt ipse pijs.  
 Tamq; iuuentuti vates prospexit amatæ  
 Illam ne ledat, nec petat hostis atrox.  
 Ne cumulet iustam diuini numinis iram:  
 Rex paret monitis obsequiturq; minis.  
 Liberat hinc vinctos, vestitum suggerit idem*

O 3

Nis.

*Nudis de spolijs, suggerit atq; dapes:  
Agnos unguentis reficit, victumq; ministrat:  
Qui vadunt largo prospicit atq; cibo.  
Viribus exhaustos iumentis portat, & ipse  
Concedit, quò quis limina nota petat.*

## HOSEAS REX XIX

&amp; vltimus.

193

Hoseæ Regis Israëlîs vltimi, filij Helæ, regis occisoris, potentiam per vim sibi comparantis, vi eandem iterum amittentis, Regi Assyriorum Salmanassari, tributa pendentis, ab Assyrio Rege capti, & in vincula coniecti. 4. Regum 15. & 17. capite.

*O*ccisor qui Regis erat Rex fortis Hoseas,  
Vi quadam robur comparat atq; decus.  
Amittit rursus Getico vel Marte, vel armis,  
Vires ac robur, regia sceptrâ simul:  
Pendere compulsus censum Regiq; potenti  
Assyriæ, regem sollicitatq; Phari.  
Cogitat ac tacitè de proditione nefanda  
Assyrio captus rege sed ipse fuit:  
Consilium siquidem detectum fraudq; maligna,  
Ergò Rex vinculis truditur hisq; cubat.  
Annis obsidione tribus quæ cincta fuisset  
Urbs ibi Samariæ vi quoq; capta fuit.  
Metropoli gentis deleta regeq; victo,  
Isaciæ populus pressus ubiq; fuit.

AST



*Ast ærumnarum cladis quoq; causa futura  
 Contemptus IOVÆ legis itemq; fuit.  
 Tempore Ieroboam quo Rex, ad tempus Hosea  
 Sceptra tenet, regnum durat & Isacida.  
 Quinq; ferè menses ac anni septuaginta  
 Elapsi, septem sunt pariterq; dies.  
 Illius excidium nam dixerat antè Nahamus  
 Centum siue decem, quinq; referre velis.*

FINIS LIBRI  
 QUINTI.

τῶ θεῶ δόξα.

*Hoc Israëlis regni memorantur habere  
 Libro, Samaria regia sceptrum simul.*

Imperij summi DEVS est protector  
 in orbe:  
 Eius cuique simul sceptrum suprema  
 dedit.

Imperij Illustrissimi D. N. S. C. Protector  
in orbis  
Eius cujus summi Imperatoris  
Aedific



# I N D E X

V I R O R V M I N S A C R I S  
L I T E R I S I L L V S T R I V M,  
quorum historiae in prima sese offe-  
runt parte, iuxta numerum  
paginarum.

## A.

<b>A</b> Aron	67	Achitophel	143
Abdias aulicus	170	Adadus	154
Abdon dux	93	Adamus	I
Abel	5	Adonias	132
Abesan dux	93	Adoniramus	156
Abias sacerdos	106	Agar ancilla	24
Abiathar	136	Abias Propheta	159
Abigail	138	Amasa	126
Abimelechus rex	26	Amasias hypocrita	190
Abimelechus tyrannus		Aminadabus	58
	89	Aminadabus hospes arcæ	
Abiron	73		105
Abisaius	124	Amnon	130
Abius	68	Amos Propheta	191
Abner	113	Amramus	57
Abrahamus	19	Amrinus rex VI.	165
Abolon	131	Anna Samuelis	103
Achabus rex	166	Annon Ammonita	149
Achanus	77	Arabie regina	153
Achimaas	137	Asabel	125
Achimelechus sacerdos		Aser	45
		O 5	Azabel

I N D E X

Azabel Syrus 188 Doegus 114

B.

Banaias heros 147  
 Barcillaius 141  
 Bathsabea 129  
 Bathuel 28  
 Benhadadas I. 173  
 Benhadadas II. 189  
 Benjamin 48  
 Bileamus 71  
 Bœsar rex 162  
 Boozus 101

B.

Ehudus dux 84  
 Eleazar heros 146  
 Eleazar sacerdos 69  
 Elias Propheta 168  
 Eliezer Abrahami fa-  
 mulus 27  
 Eliseus Propheta 177  
 Elisei discipuli 179  
 Ellarex 163  
 Elon dux 93  
 Enochus 8  
 Enos 7  
 Ephraimus 49  
 Ephron 27  
 Esauus 31  
 Ethaius 140  
 Eva 3

C.

Cainus 4  
 Calebus 79  
 Chamus 12  
 Chores 72  
 Chusaius 140

D.

Dan 43  
 Dathan 73  
 David rex 118  
 Delbora Prophetissa 86

F.

Filij Selomitidis 74  
 Faemina Sunamis 174

G.

Dina 36 Gabaonite 78  
 Gad



I N D E X

Gad	45	Iezabel	167
Gadus Propheta	134	Ioabus	123
Gebazus	175	Ioachas rex Israelis	186
Gideon	87	Ioas rex	187
Goliadus	121	Iobus	33
		Iohel dux	106
H.		Ionas Propheta	192
		Ionathas	110
Hadadezer	148	Ionathas Abiatharis fili-	
Heberus	16	us	137
Helcanas	101	Ioramus rex	183
Heli Sacerdas	95	Iosephus	46
Hiramus artifex	156	Iosua dux	81
Hiramus rex Tyrus		Iothanes	98
150		Isaacus	29
Hoseas rex	197	Isaius	117
		Isaschar	45
I.		Isbosedus	111
Iacobus patriarcha	38	Ismael Abrahami filius	
Iair dux	91	25	
Iaphetus	13	Iudas Iacobi filius	42
Iasabeamus heros	145		
Iehus Propheta martyr		L.	
164		Lahanus	34
Iehus rex	184	Lamechus pius	10
Iephta Dux	91	Lamechus impius	9
Ieroboamus rex I.	159	Leui	41
Ieroboamus rex II.	190	Lia	35
Ietro sacerdos	59	Lotbus	

I N D E X

<i>Lothus</i>	23	<i>Obabus</i>	61
		<i>Obedus, Propheta</i>	197
		<i>Ochozias rex</i>	182
		<i>Ophnius sacerdos</i>	104
		<i>Othoniel dux</i>	82
		<i>Oza</i>	138
			P.
		<i>Peca rex</i>	196
		<i>Pecaiia rex</i>	196
		<i>Penina</i>	102
		<i>Peres</i>	52
		<i>Phalechus</i>	17
		<i>Pharao pius</i>	53
		<i>Pharao impius</i>	55
		<i>Pinehas Eleazaris filius</i>	70
		<i>Pinehas Heli filius</i>	104
		<i>Populus in deserto</i>	75
		<i>Populus in mari</i>	64
		<i>Potiphar</i>	53
		<i>Propheta ignotus ad Ie-</i>	
		<i>roboamum missus</i>	160
		<i>Propheta non nominatus</i>	
		<i>ad Achabum missus</i>	172
		<i>Pua obstetrix</i>	56
		<i>Pueri Bethelenses</i>	176

M.

N.

O.

R.

*Rachel*

I N D E X.

Rachel	36	Siba	142
Rahab	77	Simeon Iacobi filius	41
Rebecca	30	Simrius rex	164
Rezon	155	Simson dux	94
Rispa	116	Sipha obstetrix	56
Ruben	40	Solomon rex	151
Ruth	100		

S.

~~Deux~~

T.

Sadochus	136	Thamar	51
Sallumus rex	194	Thara	18
Samgarus Dux	85	Tholas dux	90

V.

Samma	146		
Samuel Propheta	97	Vidua Sareptana	170
Sara Abraha vxor	21	Vrias	139
Saulus rex	107		

Z.

Seba	144		
Sedechia hypocrita	181	Zacharias rex	193
Semeius	143	Zebulon	45
Semus	13	Zipora.	60
Sethus	6		

F I N I S.

медіцинѣ аффорн Mellita strangulatio 303



Handwritten musical notation on a five-line staff, featuring various note values and rests.

Handwritten musical notation on a five-line staff, including a clef and a key signature.

Vino formosus Apoko  
Vino formosus mundus gratia s b b b  
Vino laudabili non opus e Cupida hedem.

Vino laudabili opus e Cupida hedem  
Vino laudabili opus e Cupida hedem

Handwritten musical notation consisting of several lines of notes and rests.


Handwritten musical notation consisting of several lines of notes and rests.

Handwritten musical notation consisting of several lines of notes and rests.

56. (X 2796427) Z







VIRORVM SACRIS LITERIS ILLVSTRIVM DESCRIPTIO  
brevis & memorabilis,

*Iuxtà seriem & dispositionem*

GEORGII FABRICII CHEM.  
VIRI CLARISSIMI:

Ex historia

Veteris Testamenti;

ADIECTIS ELOGIIS ET  
TITVLIS EORVNDEM DEPICTA:  
*Libris Quinque comprehensa*

A

Ioachimo VVethmano  
Iaurano.

ISLEBIAE.

IMPENSIS HENNINGI  
GROSII Bibliop. Lips.

Anno

M. D. XCV.

CVM PRIVILEGIO.

